TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0896_I**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Codex Dipl

Vol: I.

896

Indice del
Diplomatario
Friulano
939

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

[illegible]

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

963.
9. 7bre sul monte di Jaseto

Ottone Imp. Dona a G. Vescovo di Belluno due massaritie feudali in Oderzo, e due in Polcenico.

In Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis

Otton... divina annuente Clementia Imperator Augustus et. — Justis nostrorum fidelium petitionibus assensum prebendo fideliores nobis fore non dubitamus. Quirco omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium presentium ac futurorum noverit universitas qualiter nos consultu ~~et~~, ac interventu Aptelach archi ~~Adelacar~~ ~~Epis~~= =presuli, summopere regnorum nostrorum consiliarii ~~[illegible]~~ Venerabili Episcopo Bellunensis Civitatis nostræque dilecto fideli ac ~~dilecto~~ per hujus precepti paginam donamus, concedimus, atque largimur aliquas Terras juris Regni nostri conjacentes in Comitatu Cenetensi, in loco Oderzo, duas Massaritias regales de Jarora firmante in Plebe sicut currit Flausella inter Linguentia et... firmante in Fossadio, seu a Castello de Cavenicco cum duabus Massa= =ritiis regalibus de Monte Cabello seu uno de Paterno firmante firmante... in Flumine Linguentia, et terras que fuit de Pudaetto que jacet in Vale Sepatinense una cum omnibus pertinentiis earum, que nunc in illas Terras vel que, favente Deo ad= =juvante antedictus Episcopus Joannis habere vel acquirere posset tam in Castellis et veris Edificiis, quomodo ~~[illegible]~~ agris, Terris, campis, pratis ~~pascuis~~, pascuis, ~~pratis~~ Silvis, Vineis, aquis, aquarumque decursibus, Molendinis, Piscationibus, Salectis, Montibus, Alpibus, Planitiebus, Mobilibus et immobilibus, rebus ad predictas Terras juste et legaliter pertinentibus quæ dici,

vel nominari possunt ex integro ut jam prediximus de
nostro Imperiali jure et Dominio, in jus, et Dominium
prefacti Episcopi Joannis donamus atque largimur, et
jure hereditario habeat, teneat, firmiterque possideat,
habeatque potestatem tenendi, dandi, vendendi, commutandi;
pro anima judicandi vel quicquid suus animus ~~ex inde~~
decreverit, et post sua vero decessum deveniat in Ecclesia
Sancti Martini omnium hominum controversia remota;
insuper etiam concessimus eidem venerabili Episcopo Joanni,
dilectoque nostro fideli per nostram Imperialem auctorita-
-tem, ut in predicta terra quam ei per preceptum dona-
-vimus in quibuscumque locis sibi placet, Castella Turres
et munita edificare, et fossas facere habeat potestatem
et ut nullus Dux, Marchio, Comes, vice Comes, vel
missus discussores seu quilibet rei publice exactor, vel
~~Judex~~ homines supra terram prescriptam residentes
et habitantes ad nullum placitum destringere presumat
sed liceat Episcopo ejusque advocato placitum super eos
tenere omnesque illorum Causas legitime finire omnium
hominum contradictione remota. si quis igitur nostri precepti
auctoritatem et donationis nec non et concessionis violator et corruptor
extiterit sciat se compositurum Auri optimi
libras centum mediatatem camera nostra et mediatatem
prefacto Episcopo Joanni Bellunensi civitatis vel
cui ipse dederit vel habere praecepit, quod ut
verius credatur et ab omnibus diligentius observetur

hanc precepti paginam exinde conscribi jussimus manu propria roborantes anuloque nostro in calce sigillari jussimus.

Datum quarto idus septembris anno Dominicae Incarnationis Nongentesimo et sexagesimo tertio - Ind.e Sexta, anno Imperij Magni Ottonis Imperatoris Augusti secundi.

Actum in Monte Feretri ad Petram sancti Leonis Luitterius Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi et Archi Cancellarii recognovi et subscripsi.

Signum S. Dni Ottonis Magni, et Invictissimi Imperatoris Augusti.

Copia estratta dal Processo N.o 73. a Car.e N.o 1. esistente nell' Archivio delli Nobb. Sigg. Co. Pietro, e Fran.co f.o Sig.r Co. Fran.co Ottavio di Polcenigo.

Bisontini Pietro

Certificato per la firma

Frangipane

N.B. Corretto sull'esemplare stampato dal Verci Storia della Marca Trivigiana T. 1. Documento N.o 6. c. 7.

iuaute
! ; Dei
' iudu
uggessit
ca
uflioni
~~calcore~~
iis lau
s at ,
luctibus
l cultis
, par
ali
ruid
. Ev ude
mes
m ma
uolesta
ium
precep
mille
dicta
que
ruusse
wa jub

V.S.

iaale
: Dei
indu
uggessit
ne
vestigii
ciis tam
is ut
ictibus
l cittis
, pac
ali
vigil
. Eo ido
mes
ne ma
nolesta
ime
precep
mille
dieta
ope
nasse
va sub

V.18

973 = 8 Gennaro (a) Ottone Imp. dona a Vitale Candiano Veneto un luogo in Istria chiamato Isola.

In Nomine Sancte Et Individue Trinitatis Otto. Divina Ordinante Clementia Imperator Augustus. Noscat omnium Sancte Dei Ecclesie ac Nostrorum Fidelium presentium scilicet et futurorum industria quod adeleid comes nostri imperii nostra humiliter suggessit majestati .... nuncupatur insula que est sita in istria cum suis pertinentiis vitale venetico candiano largimur cujus suggestioni libenter assensum prebentes locum qui dicitur insula cum suis appendiciis tam infra civitatem iustinopolis quam extra aque in montibus et in planiciis paludibus sive pascuis aquis aquarumque ductibus fontaneis molendinis casaliciis campis vineis pratis silvis cultis et incultis ripatiis piscacionibus ita integre uti in nostra permansit potestate concedimus atque largimur ad donandi vendendi alienandi pro anima iudicandi vel quicquid ejus decreverit animus faciendi habeat potestatem. Eo vero licet ordine qualiter nullus dux marchio episcopus comes vicecomes scudascius gastaldius vel aliquis publice rei exactor necnon magna parvaque nostri imperii persona inquietare aut molestare presumat aut placitum tenere sive aliquod officium construere nisi eius licentia. Siquis vero huius nostri precepti violator extiterit sciat se procul dubio compositurum mille libras auri optimi medietatem nostre kamere medietatemque supra libato venetico qui nuncupatur vitalis suisque heredibus quibus molestiam intulerit. Et ut hoc inconvulse serventur in posterum huius pagine preceptum manu nostra subter roborantes annulo nostro iussimus insigniri

Signum Domini Serenissimi Imperatoris Otto N 18

(a) La isola non corrisponde all' indicazione ed al regno

Petrus Cancellarius ad vicem Uberti Episcopi et archicancellarii recognovit et scripsit

Datum VI Idus Januarii Anno Dominice Incarnacionis DCCCCLXXIII Imperii vero Domini Ottonis XI Indicione XV Actum Ravenne Deo Propicio feliciter Amen

Da pergamena esistente nel nostro archivio — Raccolta di pergamene

Castello di Porpetto 12 7bre 1816. Frangipane

ti fide:
coope: te
con-. ca
que er
te deo ve
ust ve.
fla:
metio: tre
adim: e
ter gre: mo:
nevos, :i
re om: on
um e:
tiam ri:
um /
ati: od
ntege: ute
ejus: e:
duo: ve,
tra: it.
netuo, ti:
nunc /
qui:
bus vos
tri

[illegible]

[illegible]

1206. 10 maggio
errore di data
v. 1120
Rubeis 599

Enrico e Purcardo rinunziano all'avvocaria della Chiesa d'Aquileja in mano al Patriarca Vodalrico.

In nomine Sancte, et individue Trinitatis, Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus in vinea Domini sabaoth cooperantibus. Qualiter Henricus Sancte Aquilegensis Ecclesie que constructa est in honorem Sancte Marie Virginis, Sanctorum quoque Martirum Christi Hermacore et Fortunati, Advocatus inspirante deo a quo bona cuncta procedunt qui novit qui sunt ejus, novit qui predestinati sunt ad gloriam. Qui predestinati sunt ad flamam, ut David penitentes compunctus considerans et jam meliorem esse diem mortis die nativitatis. Atque illud Salomonis adimplere non differens, quod manus tua potest facere instanter operare, quia nec opus, nec ratio erit apud inferos quo tu properas, ejusdem Sancte Ecclesie ~~instium~~ justitiam recognovit, atque pro amore omnipotentis dei, et remedio anime sue omniumque successorum suorum, consentiente, et collaudante, nec non et eadem sententiam confirmante Purchardo eodem die advocato constituto placitum avocatie super omnibus bonis prefate Aquilegensis Ecclesie attinentibus, cum omnibus districtibus, usibus, et pertinentiis integerrime in manu Domini, et Catholici Patriarche Vodalrici ejusdem Sancte Aquilegensis Ecclesie tradidit, ita ut nullus advocatus ammodo, et usque in sempiternum mitti placitum. Sed fratres digne, et religiose, ac devote deo jugiter servientes perpetuo, et inviolabili jure habeant ita, ut orationes eorum in quos nunc cum omni caritate unanimes receperint fideliter habeam quibus

bus salvari firmiter creda in corpore, et in anima. Qui Venerabilis Patriarcha gaudens super his qui ex justa, et bona voluntate predicti fratres sui Henricus advocati ad laudem, et gloriam sanctissime Aquilegensis Ecclesie, habant, accepta in se potestate communi conventu, subito consensu, et voluntate ~~electi~~ cleri, et populi ejusdem Sancte Ecclesie fidelium scriptis comisit. Quapropter Domnos successores nostros diligenter admonemus, et humiliter fidelitates rogamus et petimus. Ut quod in premissis pro justitia deinde pro amore omnipotentis Dei, et pro salute animarum nostrarum a nobis factum est nullo modo infringant. Sed scientes se cinerem esse, et in pulverem reversuros propria manu corroborantes omni tempore inviolabile esse permittant. Quod si aliter quod absit contra spem; et fiduciam nostram salutis sue obliti fecerint, sit in eis ultio divina pro remedio vite eterne dans ei suplicium mortis perpetue. Quod ut verius credatur pro sigillo subter insignari jussimus. Hi sunt testes Burchardus frater Burchardi Advocati et filius ejus Burchardus. Henricus de Goritia. Vielmus, Hernos, Valdo Andreas. Chuonrassus, et filii ejus Fridricus Affaldus, Marcoardus frater Andrea.

Ego Udalricus Patriarcha manu propria subscripsi ✠ et Notarius sicut in autentico in quo certa signa sigilli consumpti vetustate apparebant vidi, et inveni nil addens, vel diminuens quod sententiam mutant. Anno Domini M.CC.VI. Indictione 9. die mercurii x. die intrante Madio ita scripsi, et coroboravi.

Da

Da libro d'antico caratere coperto di Pergamena inti=
tolato = Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio
di Castello a carte 14 tergo seconda numeratione

Cast.º di Porpetto 19 Gennaro 1617.

Frangipane

1168 1 maggio

(Carta sciolta) Il Patriarca Peregrino conferma ai sudditi dell'abate di Moggio l'esenzione dalla muta accordata dal suo antecessore Wodorlico Patriarca fondatore del Monastero. 4.

è del 18 Aprile 1150

Quisquis superni muneris gratia pontificalis regiminis dignitate sublimatus oportet ut circa loca sancta et maxime monastica divino cultu dedicata omni studio omnique devotione semper vigilet et personis inibi Deo aministrantibus sic providere ac prodesse studeat ut adeo beate retributionis premia recipere mereatur. Hinc ego Pelegrinus Dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha interveniente dilecto fratre nostro Wernardo Tergestino Episcopo et Henrico duce Carintaie et aliis fidelibus nostris justiciam Mosacensis Monasterii quam ex devotione pie memorie domini Wodorici antecessoris mei obtinuerat et postea ex malitia quorumdam pravorum hominum jam quasi amiserat: Wodalrico Karissimo fratri nostro eiusdem monasterii Abbate recognovimus. predictus namque frater noster Abbas precibus nostris ~~productus~~ provolutus lacrimabiliter nobis conquestus est quod mutarii nostri rusticos monasterii sic pro exactione mute injuste vexarent et affligerent. Asserebat enim quod predictus dominus W. Patriarcha ejusdem fundator loci prefatos rusticos ab omni exactione et debito mute absolvit. Quod quidem verum esse coram nobis multorum testimonia comprobavit. Nos autem merori ipsius ut ordini nostro competit compatientes et petitionibus condescendentes et maxime institutionem predecessoris nostri

nostri digne et laudabiliter factam conservare volentes pre-
dictos rusticos in ejusdem monasterii residentes bonis ab omni
exactione ac debito mute absolvimus et universa prefato
loco tradita atque donata omni tempore perpetuo jure
tenenda et possidenda nostra auctoritate ~~[illegible]~~ corroboravimus et
confirmavimus quod ut verius credatur et firmius teneatur
hanc cartam confirmationis nostre conscribi percepimus et
manu propria subscribentes sigilli nostri impressione in-
signiri jussimus hujus rei testes sunt Wernardus Tergesti-
nus episcopus. Bertoldus sancti felicis prepositus Vergan-
dus et Vetorcus capellani. Henricus dux Carinthie Megar-
dus de Albana. Andreas de Conegliano. Artvonich et frater
ejus Egilbertus Gundramus. Engilbertus. Conradus. Friculo
Henarscalcus. Guarinch. Albero. Wernardus. Sigardus
et alii plures clerici et ~~co~~ laici

Actum Aquilegie anno incarnationis dominice M.C.L.XVIII.
Kalendis ~~Januarii~~ Maij

Da foglio volante inserito nel Tomo 9. A. S. P. AA.
di manoscritti di Monsig. Guerra presso il Sig. ~~[illegible]~~ Ago-
stino de Portis di Cividale

Cas.o di Porpetto 21 aprile 1817

Frangipane

[illegible] 2.

[illegible]

[illegible]

1161. 1. 7bre Federico Imp. rinveste il Vescovo di Belluno degli antichi suoi Diritti e nominatamente sopra alcuni luoghi del Friuli

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis

Fredericus, divina favente clementia Romanorum Imperator [illegible]
Augustus et Imperialis [illegible]
[illegible] contueri [illegible]
[illegible] gloriosior [illegible]
pedent [illegible] dare, ut ad servitium [illegible]
[illegible] pro [illegible] praesentia [illegible]
[illegible] qualiter [illegible]
[illegible]
[illegible] Bellunensi [illegible]
[illegible]
[illegible] vero [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] pro [illegible]
pro [illegible] nostrorum [illegible]
[illegible] in [illegible]
[illegible] atque [illegible]
[illegible] et [illegible]
pertinentia [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] ceteris [illegible] nullus habeat potestatem nisi [illegible]
et imperatoris [illegible] nostri ad augmentum [illegible] gratia
[illegible] nostri [illegible] Ottoni [illegible] Bellunensi
[illegible] per [illegible] et confirmamus omnia
[illegible] antecessorum nostrorum [illegible]
ac Imperatorum [illegible] concessa [illegible]
[illegible]
[illegible] confirmamus [illegible]
[illegible] facere [illegible]
[illegible] Obedorfo de [illegible] et de
[illegible] et sicut [illegible]
[illegible]
[illegible] Imperatoris [illegible]
[illegible] confirmamus [illegible]
[illegible] nostrorum Imperatorum [illegible]
Augusti et [illegible] episcopo et [illegible]
[illegible]
[illegible]
ut [illegible] Obis [illegible]
[illegible] [illegible] nostra auctoritate [illegible]
[illegible] in [illegible] et Bellunensi
[illegible]
[illegible] Friderico [illegible]
[illegible] est [illegible]
[illegible] contradictione [illegible]
[illegible]

[illegible] in Tregona [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] germinaga [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Monte Fellina [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] (~~[illegible]~~ Jurandos) [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] omnia [illegible]

[illegible]

et [illegible] concedimus et [illegible] manu [illegible]
[illegible] [illegible] ... [illegible]
[illegible] [illegible] ... [illegible]
omnes [illegible] ... [illegible]
[illegible] et [illegible] ... [illegible]
[illegible] pro [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... permaneant [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] Coloniensis [illegible], Stephanus [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] Dux ~~[illegible]~~ Juv. [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible]
[illegible] ... [illegible]

[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]

Actum [illegible] anno dominice incarnationis 1067
[illegible] regnante [illegible]
[illegible] anno [illegible]

[illegible] petitur [illegible] Anno. [illegible]

[illegible]

[illegible] ancellarius quia [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] de more [illegible]

[illegible]

[illegible]

Die [illegible] de 20 [illegible] 1588

[illegible] Nostro [illegible]

(32. N.)

Ego [illegible] et ad [illegible] [illegible] exemplavi [illegible] signo et nomine [illegible] Bernardi [illegible] et signo [illegible] [illegible]

X.

[illegible] estratta [illegible]
esistente nell' [illegible]
[illegible]

[illegible]

Papa Alessandro conferma ai monaci di S. Giorgio maggiore il dono della Chiesa de' SS. Martiri loro dato dal Vescovo di Trieste col consento del Patriarca d'Aquileja 5.

XV. Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.
...iore Dilectis Filiis et Fratribus S. Georgii* salutem, et Apostolicam benedictionem.

...entium desideriis, dignum est, nos facile prebere consen...
... et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu
... prosequente complenda. Ea propter dilecti in Domino
... vestris justis postulationibus, grato concurrente as...
...u, ecclesiam Sanctorum Martyrum, quemadmodum
... vobis Henricus qu. Tergestinus Episcopus, cum con...
...u Canonicorum suorum ec. et V. qu. Aquilegiensis
...is rationabiliter contulit, et tam ipse quam successo...
... ejus, et nunc ejusdem loci Episcopo scripto autden...
... roboraverunt vobis, et per vos Monasterio vestro autho...
...te Apostolico confirmamus, et presenti scripti pato...
...o communimus statuentes, ut nulli omnino hominum
...at hanc paginam nostram confirmationis infringere,
... eis aliquatisper contraire. Si quis autem temere
...sumpserit, indignationem omnipotenti Dei, et San...
...rum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit in...
...surum. Dat. Tusculani V. Kal. Novembris

Mainati —

Codice o sia memorie storiche, sacro - Profane di Trieste

Tomo I. a carte 132.

Venetia 1817.

Cav. di Poysetto
26. maggio 1826

Frangipane

[illegible] Die 26 Januarij 1588

[illegible] Vendit [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] 90 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] signo et nomine D. Bernardi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et signo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

1177. 27. 8bre Papa Alessandro conferma ai monaci di S. Giorgio maggiore il dono della Chiesa dei SS. Martiri loro fatto dal Vescovo di Trieste col consenso del Patriarca d'Aquileja 5

curia

* S. Giorgio-maggiore in Venezia

XV. Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis et fratribus S. Georgii* salutem, et Apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis, dignum est, nos facile prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus, grato concurrente assensu, ecclesiam Sanctorum Martyrum, quemadmodum eam vobis Henricus qu. Tergestinus Episcopus, cum consensu Canonicorum suorum ec. et *P. qu. Aquilegiensi Patris rationabiliter contulit, et tam ipse quam successores ejus, qui nunc ejusdem loci Episcopo scripto authentico roborarunt vobis, et per vos Monasterio vestro authoritate Apostolica confirmamus, et presenti scripti patrocinio communimus statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostram confirmationis infringere, vel eis aliquatisper contraire. Si quis autem id attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et sanctorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Tusculani V. Kal. Novembris

* Ulrico

Mainati —

Codice a sia memorie Storiche, Sacro-Profane di Trieste

Tomo I. a Carte 132

Venezia 1817.

Cav. di Porzetto
26. maggio 1826

Frangipane

Lucius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filijs Gabrieli Preposito, et Canonicis Aquilegensis Ecclesie tam presentibus, quam futuris Canonice substituendis in perpetuum effectum juxta postulantibus indulgere, et vigore equitatis, et ordo exigit rationis presertim, quod petentium voluntatem, et pietas adjuvat, et veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Aquilejensem Ecclesiam, in qua Divino mancipati estis obsequio ad exemplum felicis recordationis Alexandri Pape predecessoris nostri sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus.

Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste, et Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis. Villam de Melareto cum omnibus finibus et pertinentijs suis scilicet cum illa Sclavorum quod similiter dicitur Meleretum, et Palmata, et Roncha, et Ronchetis, cum agris, vineis, Pratis, Pascuis cultis, et incultis, silvis, et venationibus, usque ad siluam Sancti Laurentij, et usque ad Villam que dicitur Claulano(?), et usque ad Villam que dicitur Antonianum, et usque Feletas, et usque Divinianis(?), et usque ad Villam Sancti Stephani, et usque Tisson, et usque ad villam quod dicitur Presertiano(?).

Villam quoque de Castellone, et de Mursiano cum finibus, et pertinentijs suis à villa Sancti Andree, usque ad villam que dicitur Gonarium, et usque ad Siluam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, pratis, pascuis cultis, et incultis, paludibus, et silvis, cum venationibus, cum aquis, aqua-

rum

rum de decursibus, cum molendinis, et piscationibus.

Villam etiam de Mariano, et villam de Carlinis, et villam Sancti Georgij, et villam de Mutiana, cum omnibus redditibus suis. Unas cum omnibus finibus, et pertinentiis suis cum campis, vineis, pascuis, pratis, cultis, et incultis cum aquis, aquarum de decursibus ac molendinis, et insulis in mari, et a flumine, quod dicitur Cornium, usque ad aquam quod dicitur Ariuncus cum paludibus, et piscationibus, cum silvis, et venationibus.

Ecclesiæ Baptisimales Aquilejensis Patriarcatus cum capellis sibi pertinentibus sicut eis pacifice possidetis. In foro Aquilejensis triginta stationes, et in Portu Pisi viginti

Quinquaginta mansos in osellano cum Ecclesiis, et decimis.

Villam de Fara cum adjecentibus villis videlicet Villa de Petolan, et Draniçan, et Sabredam, et villa nova Gradisca, et Dreuma cum omnibus pertinentijs suis a monte quod dicitur Gast usque ad stratam Ungarorum, et usque ad villam quod dicitur Ago, cum Ecclesijs, et omnibus pertinentijs suis, pratis, silvis, vineis, pasculis cultis, et incultis, venationibus, et piscationibus et omni jurisdictione Imperiali, pro ut Imperator Otto bonæ memorie Aquilejensis Ecclesiæ, et Canonicis tradidit, et.

in Carnea villam de Perulles, et villam de Nogarias, et villam de Felas in villa in monte Sancti Petri, et montem de Teneha et quatuor mansos de Avulle et villam de Batalan, et tres mansos apud Ignan, et novem mansos apud Vinzan, et quindecim mansos apud Gruan, et quendam montem apud Verzon.

Preterea sicut Purchardus Aquilejensis Ecclesiæ advocatus, et postea Henricus Placitum advocatie in manu bone memoriæ Patriarchæ Udalrici reffutarunt pro se, et successoribus suis super omnibus bonis Aquilejensis

gensis Ecclesie attinentibus, cum omnibus districtis, usibus, et pertinentijs ita et nos auctoritate Apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro futura salua sedis Apostolice auctoritate, et Aquilejensis Patriarche Canonica Justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiasticha secularis vel persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertio-ve commonita nisi reatum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat. Reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi. Quatenus ex his fructum bone actionis percipiant. Et apud districtum judicium premia eterne pacis inveniant amen Amen

Ego [illegible] catholice ecclesie episcopus

✠ Ego Joannes Presbiter Cardinalis Tituli Sancti Marci

✠ Ego Laborans Presbiter Cardinalis S.ta Marie Transtiberi S.ti Calisti

✠ Ego Ubertus Tituli S.ti Laurentij in Damaso Presbiter Cardinalis

✠ Ego Pand. Presbiter Cardinalis Tituli Basilice XII Apostolorum

Ego

✠ Ego Ardicio Diaconus Cardinalis S.ti Theodorici SS.

✠ Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani Diaconus Cardinalis SS.

✠ Ego Conradus Sabinensis Episcopus Magontine Sedis Archiepiscopus SS.

✠ Ego Theodinus Portuensis Sancte Rufine Sedis Episcopus SS.

✠ Ego Henricus Albanensis Episcopus. SS.

✠ Ego Dicobaldus Hostiensis et Velletrensis Episcopus SS.

✠ Ego Soffredus (Sofredus) Sancte Marie in via lata Diaconus Cardinalis SS.

✠ Ego Albinus Diaconus Cardinalis S.te Marie Nove. SS.

Datum Verone per manum Hugonis Sancte Romane Ecclesie Notarii II idus Novembris indictione III Incarnationis Domini Nostri MCLXXXIIII Pontificatus vero Domini Lucii P.P. III Anno quarto

Ego Josephus de Belgrado Civis Utini Publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum exemplum a vero, et autentico transumpto sumptum propria manu scripsi et hic fideliter exemplavi

Da libro d'antico caratere coperto di Pergamena intitolato = Privilegqi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 3. seconda numeratione

Cast.o di Porpetto 16 Gennaro 1611

Frangipane

1190. 31. marzo — Permuta di beni e feudi tra Guecelletto di Prata e Federico di Cavriaco

Anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo, Indictione prima* die . . . .
ultimo exeunte Martio Cum D. Vecelletus de Prata, et Gabriel ejus filius
ex una, et ex alia Federicus de Cavriago, et Wericus ejus frater mandatum
et mandata D. Ecelini de Romano jussisset de feudo contracambium, et
et permutationem, et datam, et investituram de terris podesiis eorum ha-
berent, volens etiam inter eos omnem fraudem purgare, et extollere hujusmodi
ordinationem, et dispositionem inter eos pro firmo statuit, et ordinavit. Videlicet
quod D. Gabriel de Prata de mandato, et voluntate, ac dispositione D. Ecelini
fecit datam permutationem D. Federico de Cavriago de decem mansis in vil-
la de Morsano, de tribus mansis in villa nova; et de duobus mansis in villa
de Bolzano cum capulo pasculo amplo cum paludibus novalibus, et cum om-
nibus rationibus ad predictos mansos pertinentibus immisit, et investivit eum
ad feudum de decima viginti mansorum in villa de Morsano, et in Villano-
va, et de decima totius ampli predictarum villarum, et de jurisdictione,
et honore, ac dominio predictarum villarum sibi attingenti investivit.
scilicet de triginta novem habitationibus in predictis villis habitantibus,
et investivit eum ad feudum de duobus mansis . . . . cum decima illo-
rum mansorum, et decima decem mansorum in villa de Nono succe-
dentibus masculis, et feminis verumtamen donec masculi fuerint fe-
mine non veniant ad feudum deficientibus masculis femine equa-
liter veniant ad feudum, et succedant sine fidelitate et commendatio-
ne propter semel in anno ad terminos ejus si denunciatum ei fue-
rit sine fraude et parabola vendendi, donandi, alienandi supradictum
feudum partem sive totum ei dedit, et fecit Autonum de Prata et
Vecellum de Rodulfo refutare duos mansos qui jacent in villa de
Nono in manu jam dicti D. Federici quos ab eo in feudum ha-
bebant et fecit ei datam et investituram Vassallatico Alberti de Cam-
piglo de quatuor mansis, et quatuor rotis molendinorum, et de octo

(*) L'indizione non corrisponde al detto anno, il che probabilmente è avvenuto per errore de' copisti.

decimis, quos et quas ab eodem Gabriele in feudum habere videbatur, et de Vassalatico Stefani de Morsano de medietate unius mansi cum prato uno in Morsano et de Vassallatico Alberii de medietate unius mansi, et de una decima in Morsano, et de Vassallatico Varnerii de Risago de duabus decimis in Morsano et de Vassallatico Joannis Lupi et fratris sui de duabus decimis in Villa nova, et de Vassallatico sive de decima viginti camporum terre in Morsano, et dedit ei Conarem de Concordia proprio nuncio, ut mittat eum in tenutam de predictis rebus proprium per proprium et feudum per feudum. Promisit quoque prenominatus Gabriel per se et suos heredes ipsi D. Federico, et suis heredibus predictos mansos et decimas warentare, et defendere ab omni homine cum ratione, quod si facere non potuerit, quod dabit ei stacium in consimili loco, et quod faciet D. Vecellonem patrem suum laudare, et confirmare predictam datam, et investituram ut superius legitur, et quod refutabit, et refutare faciet patrem suum D. Vecellonem, et Federicum fratrem suum in Concordiensi Episcopo predictum feudum, et faciet ipsum Episcopum investire predictum Federicum, et Odoricum fratrem suum, et D. Artuicum de Cauriaco de illo feudo in integrum et dedit ei vadium sub pena trecentarum marcharum argenti ita attendere et observare ut superius legitur unus vadie Cono de Concordia et Azzo de Pertegnario, et Tutoneus de Prata et Vecello de Rodolfo et Henricus et Vezello Gerla fecere fidem, et ita obligavit ei de bonis suis supra universum suum podere valens duplum predictarum trecentarum marcharum, quod si predictus Gabriel vel sui heredes hoc sine fraude facere non potuerit, quod faciet et attendet eidem D. Federico vel ejus heredibus quid-quid D. Cucaninus inter eos statuerit, et si dictus Gabriel, vel ejus heredes fraudem aliquam in hoc faciendo committerent, voluntas et mandatum D. Cucanini talis et tale est quod dictus Gabriel predictas trecentas marcas D. Federico debeat, et

data quam ei fecerat firma permaneat, et data quam Federicus eidem Gabrieli fecerat valere non debeat, sed cassa et irrita sit et ad ipsum Federicum revertatur, et ibi predictus D. Gabriel vadivit eidem D. Federico M et C. et XIII. libras denariorum de hinc ad festum S. Andree mensis venturi de vadia Cono de Concordia et Arpo de Portegruario et Vezillo Gerla et Turonus de Prata facere fidem ita ut possit se tenere ad quem illorum voluerit. ad hec juravit predictus D. Gabriel per Dei Evangelia ita attendere et observare ut superius legitur, et nominatim quod faciet patrem suum laudare predictam datam investituram, et quod faciet Concordiensis Episcopus illos de Cauriaco investire de feudo ut dictum est, et quod nulla occasione contraveniet et quod solvet predictos denarios eidem D. Federico, vel suo certo nuncio ad predictum terminum vel ad ultimum sibi datum et e contra nomine concambii predicti . . . . . D. Federicus fecit datam precario nomine ipsi D. Gabrieli de tribus rotis molendinorum in Prasiliano in Flumo positis et de tribus jugeris terre in Pozzo, et de medietate unius mansi in Albuzana et de proprietate nemoris de Pozz. et de Albuzana in integrum, et de proprietate Vassalorum quoque inter flumen et Medunam habere videtur scilicet de Vassallatico Armussini filii quond. Russtigelli de tribus mansis quos habet in feudum ab eorum D. Federico in Codopedo et de prato uno in Albuzana et de Vassalatico Donati de Maono de manso uno quem ab eo habebat in Codopedo et de Vassalatico Arnoldi de uno manso in Villotta et de Vassalatico Joannis de Prata de uno manso, quem ab eo habebat in Corinzana, et de Vassalatico Vulponi de Lozo de uno manso in nemore de Albuzana, et ibi D. Artius de Cauriaco fecit datam de proprio ipsi D. Gabrieli de proprietate Vassalorum quos inter flumen et Medunam habere videtur, in integrum. Videlicet de Vassalatico

Odorici de S. Zorzi de duobus mansis, quos ab eodem D. Artico in Corni-
zano habebat, et de Vassalatico Ivani de Prata de uno manso quem in ea-
dem villa ab eo habebat, de vassalatico Almerini de duobus mansis quos
ab eo habebat unum in Albuzzana, et alium in Codopedo, et de vassalatico
Leopoldi de Credazo de uno manso quem ab eo habebat in Cornizano, et
de Vassalatico Pelegrini de Pozzo de uno manso quem ab eo habebat
in Cornizano, et de Vassalatico Pelegrini de Pozzo de uno manso quem
ab eo habebat in Villotta, et ibi in continenti predictus D. Federicus
investivit ipsum Gabrielem ad feudum de predictis mansis et . . . . .
. in curia de Passiliano, quos ad manus suas habebat, et de duabus ro-
tis molendinorum in ipsa curia in flumo posita, et de motta una cum
domibus, et cum terra circa se habente, et de tribus peciis nemoris
una eorum vocata Banus vetus, et alia Prata, et tertia Ponsicaledus,
et de omni eo quod ad manus suas in curia Passiliani videtur
habere cum capitulo pasculo amplo et cum omnibus rationibus ad prae-
dictos mansos pertinentibus in integrum et de decimis predictorum
mansorum et de jurisdictione honore et dominio predicte curie
Passiliani in integrum; Videlicet de octoginta octo habitatoribus in
Codopedo de supra in S. Andrea in Passiliano in Pozzo in Gradisca
et in Squarzaredo habitantibus et de omnibus Vassalis, quos in cu-
ria Passiliani habere videtur, Videlicet de Vassalatico Adelermi de S.
Maria de uno manso in S. Andrea quem ab eo D. Federico habere
videtur, et de Vassalatico Valfredi de Flumo et de Vassalatico Valfre-
di de S. Vito de uno manso in eadem villa, et de Vassalatico fi-
liorum Jacobi de Laurenzaga de tribus mansis in Passiliano et de
Vassalatico Donati de uno manso in Passiliano et de Vassala-
tico Alberii de una rota molendini, et de Vassalatico Rodulfi de
S. Vito de duobus mansis in Passiliano et de Vassalatico . . . . .

de quinque jugeris terre in Passiliano juxta Cecilesium in masculis et in feminis donec masculi fuerint, femine non veniant ad feudum; deficientibus masculis femine equaliter veniant ad feudum, et succedant, pro fidelitate et commendatione mitter semel in anno ad dominos si denunciatum eis fuerit sine fraude, et parabola vendendi donandi alienandi partem, et bonum ei dedit, et dedit ei Dominum de Prata pro nuncio suo ut mittat eum in tenutam de predictis rebus proprium per proprium et feudum per feudum, et fecit ei finem et datam et refutationem de jurisdictione et honore et dominio inter flumen et Meduram in integrum; de qua lis inter eos fuerat promisit prenominatus D. Federicus per se, et suos heredes ipsi Gabrieli, et suis heredibus jam dictis proprium et feudum warentare et defendere ab omni homine, et cum ratione, quod si facere nequiverit quod dabit ei feudum in consimili loco et quod refutabit et refutare faciet Bonicum fratrem suum et D. Artimam et Federicum suum filium predictum feudum in Concordiensi Episcopo, et quod faciet ipsum Episcopum investire Gabrielem et Vecellettum patrem ejus et Federicum ejus fratrem de illo feudo in integrum, et fecit ei datam de lapidibus cudis et cotis quos in Passiliano habebat et vadiam in manu jam dicti Domini Gabrielis sub pena trecentarum marcarum dedit, ita attendere et observare ut dictum est, de qua vadia Henricus Vice Dominus de Maduna et Artuicus de Cusiaco et Cono de Concordia et Tisonus de Prata facere fidem ita ut possit se tenere ad quem illorum voluerit, et ita obligavit de bonis suis super universum suum posse valens triplum predictarum trecentarum marcarum, quod si predictus Federicus vel ejus heredes hoc sine fraude facere nequiverit quod faciet et attendet eidem Gabrieli quicquid D. Cecelinus inter eos statuerit, et si dictus Federicus vel ejus heredes fraudem aliquam in hoc faciendo commiserint, voluntas et mandatum D.

Cucullini talis et tale fuit et est quod dictus Federicus predictas Investituras mareas D. Gabrieli debeat, et datam quam ei feudat firma permaneat, et data quam Gabriel eidem Federico feudat valere non debeat, sed cassa et irrita sit et ad ipsum Gabrielem revertatur, ad hec juravit predictus Federicus per Dei Evangelia ita attendere et observare ut superius dictum est, et nominatim quod refutabit feudum in Episcopo Concordiensi; et refutare faciet fratrem suum Odoricum et filium suum Federicum et D. Actinum et quod faciet Episcopum investire Gabrielem et patrem et fratrem suum de predicto feudo, et quod nulla occasione contraveniet. Testes interfuere D. Gabriel prepositus Aquilejensis Girardus de campo S. Petri Ferrarius de Fontana viva Odoricus de Forminigo Bartolomeus Forlana Anzelus de Bertaldo Ugo de Obregano Jacobinus de Berno Apollonius Notarius Cono de Concordia Henricus Vice Dominus de Madana Henricus Vezzetto Gesla Ivanus Alexius de Solica Notandus et alii. Actum in Ecclesia Plebis S. Marie de Naono.

Ego Joannes Gaudentis Imperialis Notarius rogatus interfui et ut audivi et intellexi jussu et mandato D. Cucullini bona fide scripsi.

Trascritto dalla Storia della Marca Trivigiana del Verci Tomo. 1.mo pag. 35. documento 30.

D. F. Frangipane

isto filia.
ensis. ...
itam pro.
ceptis
ilantur
dabat adsta.
ute ra.
icientes
hristo fi:
ntissimus.
rrois no.
estrum
beati La.
sentis
quaecumque
in pro.
futuram
rincipum.
tanta
isque post
quibus
. Lacum
decimam
vocatur
signo fin.
flumen
vias, sta.
etiam non
illam De
Sancto

1193. 24 Febrajo — Celestino III conferma alle monache d'Aquileja le concessioni loro fatte di Predecessori suoi e da Patriarchi

Celestinus Episcopus Servus servorum Dei dilectis in Christo filia-
bus Ermelinde abbatisse monasterii Sancte Marie aquilegiensis ...
sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam pro
fessis. In   virginibus sacris que acceptis
lampadibus suis sponso suo Jesu Christo domino nituntur
occurrere tanto propensius apostolicum suffragium debet adesse
quanto minus propter fragilitatem sexus et assumpte re-
ligionis propositum ad sua jura tuenda sufficientes
existere comprobatur. Ea propter dilecte in Christo fi-
lie: vestris justis postulationibus clementer annuimus.
et felicis memorie. Allexandri pape. predecessoris no-
stri vestigiis inherentes. Monasterium vestrum
in quo divino estis obsequio mancipate. sub beati Pe-
tri. et nostra protectione suscipimus. et presentis
scripti privilegio communimus. Preterea quascunque
possessiones. quecumque bona eadem ecclesia. in pre-
sentiarum juste et canonice possidet. aut in futurum
concessione pontificum. largitione regum vel principum.
oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante
domino poterit adipisci. firma vobis. et illis que post
vos successerint. et illibata permaneant. In quibus
hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum
ubi Monasterium vestrum situm est cum decima.
famulorum vestrorum. et cum terra que vocatur
~~—~~ Ruli et foidos. et quicquid est a marligno flu-
mine usque ad flumen magnum. Sicut currit flumen
Rubedule in aquilegiensi civitate. Tres curias, sta-
tiones quinque. Cellarium unum. villas etiam non
longe a civitate. idest villam de Terzo. Villam de
Sancto

sancto Martino. Villam de Crusiano. Villam de Muscu-
lo. Villam de Mortisino. Villam de Altura. Predium
de Sacillo. Villam de Purtegulis cum omnibus perti-
nentiis que sunt a Saccu qui est in summa Silva
usque in terram de Castelliano. a Prato Frascario usque ad Calve-
zan. a Casa Suabona. sicut tenet Rubedasio et amphora se-
ctum in Corniò, sicut tenet Zumellus. cum campis. Pratis.
Pascuis. Silvis. Venationibus. Aquis. Aquarum decursibus.
Paludibus. Piscationibus cultis et incultis. Villam quoque
de Casellis. cum omnibus pertinentiis suis. Villam Suzan.
Villam de Casano. dimidiam. Capellas etiam cum famulis
in eisdem et illis habitantibus in Carnea de Vico Medigos.
sexaginta formas casei in Comitatu Istriensi. locum qui
vocatur Insula. cum placitis suffragiis et omnibus Anga-
riis publicis et omnibus pertinentiis suis. Cultis et incultis
in eadem Insula centum urnas vini exceptis aliis rebus
et justitiis. que homines illi ex jure debent persolvere.
Tres etiam Villas quas Sigardus Patriarcha concessit et
donavit pro amore sororis sue Friderundie nomine.
quam etiam in eodem Monasterio Abbatissam ordinavit.
Scilicet malazuppican. Portmatucum. et Belianum cum
omnibus pertinentiis earum. ex concessione senioris Vo-
dolrici Patriarche Baptisterium decimas Tresue et om-
nia parochialia jura. sicut primitus a Joanne patriarcha
eidem Monasterio concessum esse dinoscitur. Capellas quoque
in pertinentiis ejusdem ecclesie. cum publico baptisterio.
sepultura. decimationibus. quartasiis. Oblationibus et
cum omni parochiali iure. Decimas et Capellam Sancti
Petri de Insula. quam Sergestinus Episcopus ipsi eccle-

sie

sse contradidit. Capellam quoque sancti Cassi. quam Udalricus junior patriarcha eidem ecclesie. cum omni suo jure contulit. Apud Tolminum duos Mansos. in ret. sain. duos Mansos in Elbano. duos Mansos. Curiam in Aquileja. quam Raimondus de Montona. eidem Ecclesie contulit. quinque Mansos in Castro. In Zunel duos Mansos. ad Khestillum Mansum unum. ad Pajarium Mansum unum. Villam quoque de Malavete integram cum pertinentiis suis. Advocatias quoque quas Englibertus comes de Goriza juste sive injuste in eodem monasterio habuit. et pro remedio anime sue. abnegavit. et resignavit. de omnibus scilicet villis. et possessionibus ipsius ecclesie. sicut in autentico Falkenstein scripto exinde facto continetur in unum scripto. Mansum. Proventus quoque decimarum de Insula. tam olei quam aliarum omnium rerum que predictus Engilbertus comes a Tergestina ecclesia in feudum habuit. et de in manibus prefati Udalrici junioris patriarche. tunc apostolice sedis legati. sepedicto monasterio sancte Marie conservandas et tuendas resignavit. sicut eas recolende memorie Wernhardus Tergestinus episcopus eidem monasterio rationabiliter contulit. et predictus patriarcha confirmavit et vos sine .... possidetis. Vos denuo ad instar felicis recordationis predecessorum nostrorum. Lucii. Urbani. et Clementis. Romanorum Pontificum. secundum compositionem que facta est propter .... quondam Justinopolitanum episcopum et vestram ecclesiam super prefatis decimis postea .... presentia .... confirmata fuisse dinoscitur ..... et per vos monasterio .... firmamus. In villa que dicitur Piche

vos

tres mansos in Villa de sancto Vito unum mansum in .... et vineas et famulos in Pletio quatuor mansos in villare unum mansum in villa de Pipireso duos mansos Apud Ragereite mansum unum. cum autem generale interdictum terre fuerit. liceat vobis .... exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotione et extreme voluntate. qui se illic sepeliri deliberaverint ..... excommunicati vel interdicti sint: nullus obstante. salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumentur. obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbatissa vel tuarum qualibet succedentium. nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur nisi quam sorores communi consensu. vel major pars sanioris consilii secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendam. decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare. aut ejus possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere aut aliquibus vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur earum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. salva sedis apostolice auctoritate: et Diocesani episcopi canonica justitia. si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire ... attentaverit. secundo tertiove comonita. nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.

et

et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini re-
demptoris nostri jesu christi aliena fiat. atque in extremo
examine districte ultione subiaceat. cunctis autem eidem
loco sua jura servantibus sit pax domini nostri jesu
christi quatenus ... fructum bone actionis percipiant.
et apud districtum judicium premia eterne pacis in-
veniant. Amen — A — C. amen



Ego Celestinus Catholice ecclesie papa ss.

„ a sinistra „

Ego Franciscus basilice XII Apostolorum Presbiter Cardinalis
Ego Petrus tituli sancte cecilie presbiter Cardinalis
Ego joannes tituli sancti clementis Tor. viterbiensis et tusculanensis episcopus
Ego Romanus tituli sancte Anastasie presbiter Cardinalis
Ego Hugus sancti martini tituli equitis presbiter Cardinalis
Ego joannes tituli sancti stephani in celio monte presbiter Cardinalis
Ego Cinthius tituli sancti laurentii in lucina presbiter Cardinalis
Ego soffredus tituli sancte Praxedis presbiter Cardinalis

„ nel mezo „

Ego Albinus albanensis episcopus
Ego Octavianus Ostiensis et Vellettensis episcopus
Ego joannes Prenestinus episcopus

„ a destra „

Ego

Ego Gratianus sanctorum Cosme et damiani diaconus cardinalis
Ego Gregorius sancte marie in Porticu diaconus cardinalis
Ego Gregorius sancte marie in Aquiro diaconus cardinalis
Ego Gregorius sancti Gregorii ad velum aureum diaconus cardinalis
Ego Lotarius sancti sergii et Bacchi diaconus cardinalis
Ego Nycolaus sancte marie in cosmidia diaconus cardinalis
Ego Petrus sancte marie in via lata diaconus cardinalis

Datum Laterani per manum Egidii sancte Romane ecclesie ~~publicianus~~ subdiaconus . . . . VI. Kalendas maii in-dictione duodecima incarnationis dominice anno M.CXC III. Pontificatus vero domini Celestini pape tertii anno tertio.

Dall'originale Pergamena nel nostro Archivio

Cav.º di Porsetto 7. settembre 1824

Frangipane

1103 19. 8bre

Sentenza compromissoria e final remmissione d'ogni danno e querele tra i Comuni di Padova e Trevviso, e i Signori di Prata, Camino, ec da una ed il Patriarca d'Aquileja dall'altra

Anno Dni. MCXCIII. die Martis XIII. exeunte Mense Octobris; in presentia istorum testium, scilicet D. Henrici Electi Mantuani, D. Balardini de Verona, D. Odorici Vicecomitis, D. Bonaventure Boni, D. Bartolomei Mantue Judicum, Compagni de Arloto, Uguzonis Blandini, Joannis Vicedomini, Bosonis de Cauriana, Candulfi de Asandro, Ugonis de Borengo, Joannis Rainerii, Ugonis Vicecomitis, Joannis de Angelo Notarii Mantue, et Bonacause Notarii de Verona Ibique in eorum et aliorum multorum presentia D. Gerardus Bellunensis Episcopus, et Jadanus de Cauriago Procurator D. Gothofredi Aquilegensis Patriarche, et Zambonetus Judex Procurator D. Vecelleti de Prata, et D. Vecello de Camino et filii q.m Gabrielis de Camino, sc. Vecello, Gabriel, et Albertus, et Ottonellus de Coro ejus curator pro eis et pro Biaquino fratre predictorum Vecellonis, Gabrielis, et Alberti cujus Biaquini similiter et tutor erat: et D. Ubertus Vicecomes de Placentia Potestas Padue pro Communi Padue omnes suprascripti fecerunt pro se et pro omnibus de parte sua (sub pena trium millium Marchorum argenti) finem pacem, et remissionem D. Vilielmo de Pusterla Potestati Tarvisii et D. Icellino de Romano recipientibus pro se et Communi Tarvisii et pro omnibus ex parte Tarvisii generaliter de omnibus maleficiis damnis offensionibus hinc retro admissis inter eos ec Eo quod D. Corradinus Placensis Judex et Consul justitie Verone precepit ex parabola D. Vilielmi de Ossa Verone Potestatis et D. Corradi Mediolanensis Judicis, et Bosonis Advocati, Zanoni de Guossolariis, Navarerii et D.

Ubaldi Consulis Mantue, D. Angeli judicis, Gandulfi, Ottoboni Maroldini et Arloti Procuratorum Mantue) et promissionem et finem eis fecerunt stipulatione interposita in pena III. m. Marcharum argenti observare et attendere in perpetuum predictam pacem, finem et remissionem et precepta que facit D. Corradinus Vlasiensis parabola supradictorum scilicet D. Ulrichmi, D. Conradi et Consulum Verone, et Consulum et Procuratorum Mantue. Et vicissim predicti D. Ulichmus de Pusterla Potestas Tarvisii, et D. Ecellinus de Romano pro Communi Tarvisii, et pro se et pro omnibus ex sua parte fecerunt in supradicta pena finem, remissionem et pacem omnibus supradictis scilicet Episcopis de Feltro, de Belluno, et Ceneta et Filiis D. Gabriellis et Ottonello eorum Procuratori et Curatori pro eis, et pro Biaquino, cuius Curator erat et Tadorico da Cauriago Procuratori D.ni Gotofredi Aquilegensis Patriarche e Zambonetto Procuratori Vecellatti de Prata, et Vocelloni da Sulico, et D. Uberto Vicecomiti Potestati Padue communi Padue recipientibus pro se et pro omnibus ex eorum parte, et de omnibus de quibus contentio erat inter eos (eo quod D. Corradinus Vlasiensis judex precepit ex parabola suprascripti D. Conradi et Consulum Verone et Consulum et Procuratorum Mantue). Et promissionem et finem eis fecerunt stipulatione interposita in pena III. m. Marcharum argenti, observare, et attendere in perpetuum predictam pacem, finem et remissionem, et precepta, que faciet D. Corradinus Vlasiensis in concordia D. Ulrichmi de Ossa et aliorum supradictorum. Ibidem incontinenti D. Ulrichmus

D. Wilielmus de Ossa Potestas Verone, et D. Malvicius Mantue Consul per concordiam supradictorum dictorum omnium Consulum et Procuratorum Mantue et Verone preceperunt utrique parti, et omnibus de parte Taruisii et de parte Padue D. Patriarche, et Episcoporum, et omnium qui fecerunt suprascriptam pacem et finem in pena III. m. Marcharum Argenti, et in pena Sacramentorum observandi eorum precepta, et quod perpetuo attendebunt et observabunt pro se et pro omnibus eorum partibus quo facto D. Corradinus Plasiensis judex justitie Verone, Consul per concordiam, et voluntatem, atque consensum suprascriptorum D. Wilielmi de Ossa Verone Potestatis et D. Conradi Mediolanensis judicis et Assessoris ejus et D. Jacobini de Bisco, et D. Trentinelli de Landenaria Consulum justitie Verone et D. Malvicii Judicis Bosonis Advocati, Zanonis de Grossolariis, Alberti, Novaresii, Malvicii, Alexandri, Adelardi et D. Ubaldi Consulum Mantue et D. Angeli judicis, Gandulfi, Ottaboni, et Maivoldini Procuratorum Mantue, lites et controversias, que erant inter supradictos D. Gerardum Belluni Episcopum et Drudonem Feltrensem Episcopum et Matthaeum Cenetensem Episcopum, et Bodoricum de Cauriago Procuratorem D. Gotifredi Aquilegensis Patriarche, et Vecellonem de Sulico et Wecelonem Gabrielem Albertum et Briaquinum fratres et filios q. Gabrielis de Camino et Ottonellum eorum Curatorem et Zambonum judicem

et Procuratorem D. Vicelleti de Prata et D. Ubertum Vicecomitem Potesta=
tem Padue ex una parte, et D. Vilielmum de Pusterla Potestatem
Tarvisii et Procuratorem Tarvisii, et Icellinum de Romano ex altera hoc
modo diffinivit, et in scriptis legendo recitavit, et precepit sic dicens:
Sancti Spiritus adsit gratia.

Jn nomine patris et filii et Spiritus Sancti Ad honorem Dei pro
bono pacis, utilitate partium; Nos Vilielmus de Ossa Verone Potestas et
et Conradus Mediolanensis judex eius Assessor, et Conradinus Placiensis
judex et Jacobinus de Bixo et Brantinellus de Lendenaria Consu=
les Justitie Verone pro Communi Verone: et Malucius judex et
Boso Advocatus, Zanonus de Portalanis Albertus, Novaresius, Malucius,
Adelardi, Laurenzonus Zanellus, D. Ubaldi Consules Communis Man=
tue et pro ipso Communi, et D. Agnellus judex et Landulfus Otto=
boni et Mairoldinus Artoti Procuratores Communis Mantue cognosce=
ntes de causis et controversiis, que vertuntur inter D. Gerardum Bel=
lunensem Episcopum et Matheum Cenetensem Episcopum et Brudonem Feltrensem Episcopum
Bedericum de Cauriago Procuratorem D. Gothifredi Aquilegensis
Patriarche et Vecelonem de Solizo, et Gabrielem Vecellonem Alber=
tum et Biaquinum filios q. Gabrielis de Camino, et Ottonellum eorum
Curatorem et Zambonettum judicem Procuratorem D. Vecelleti de Prata,
et D. Ubertum Vicecomitem Placentie Potestatem Padue et pro ipso
Communi Padue ex una parte, et D. Vilielmum de Pusterla
Mediolanensem

Mediolanensem Potestatem Padue, et pro ipso Communi Padue ex una parte et D. Vuilielmum de Pusterla mediolanensem Potestatem Tarvisii et pro Communi Tarvisii, et D. Ecellinum de Romano ex alia. Cum multa hinc inde sint proposita et super singulis questionibus allegata tandem visis et auditis assertionibus singulorum plenaria deliberatione, et maturo consilio pronuntiamus Castrum Zumellarum cum omnibus suis pertinentiis jurisdictionibus, et districtis (secundum quod pertinuit Comitisse Sophie et D. Vecelloni de Camino) et omnia que emerunt a Curatoribus filiorum Gabrielis secundum tenorem carte facte per manum Bastiani Notarii de ipsa venditione ad Episcopum Gerardum pertinere. Et precipimus D. Vilielmo de Pusterla Tarvisii Potestati et pro ipso Communi et omnibus qui ex parte Tarvisii nostra mandata attendere juraverunt ut Castrum Zumellarum et omnia supradicta emta restituant Bellunensi Episcopo hinc ad Calendas Decembris. Cui Episcopo Bellunensi precipimus, ut Castrum destruatur ita quod nullum edificium remaneat, vel fiat in perpetuum, quod ad munitionem pertineat. Pronuntiamus insuper Castrum Opitergii ad Gerardum Bellunensem Episcopum pertinere. Et precipimus Tarvisinis, et D. Vilielmo eorum Potestati et omnibus qui nostra mandata ex parte Tarvisinorum attendere juraverunt, et D. Ecellino de Romano, ut possessionem predicti Castri restituant D. Gerardo Bellunensi Episcopo et eum quieta

possidere permitant. salvo jure feudi si quod D. Ecellinus de Romano habet de Varda ipsius Castri, quod dicimus debere cognosci in Curia D. Gerardi Bellunensi Episcopi, restituta tamen prius possessione predicto Gerardo Bellunensi Episcopo ante cause cognitionem. Et precipimus Marvisinis, et D. Wilielmo eorum Potestati, et omnibus qui ex parte Marvisinorum juraverunt nostra mandata servare, ne exerceant aliquam jurisdicionem in Opitergio, in Mussolento, in Fregona, in Suligo, nec in aliis possessionibus datentis in Episcopatu Cenetensi per Episcopum Belluni sed quiete predictum Episcopum Bellunensem Gerardum et suos Vasallos, si quos habet, possidere predicta loca et possessiones et in eis jurisditionem exercere permittant, ita quod nec Commune Marvisii se intromittat, nec aliquod impedimentum faciat in aliis omnibus puta de damnis datis, de bis mille libris, que continentur in scriptura facta tempore Vere et de rebus mobilibus ablatis et de fructibus Absolvimus Marvisinos et D. Wilielmum eorum Potestatem a petitione D. Gerardi Bellunensis Episcopi et Absolvimus predictum D. Gerardum Belluni Episcopum a petitione D. Wilielmi Marvisii Potestatis in ea parte, qua dicit pro Communi Marvisii, ut debeat observare Postam, et Pactum cum Commune Marvisii a montibus ~~inferius~~ superius a montibus inferius: et qua petit Communi Marvisii restitutionem Castri Sulici, et a petitione damnorum datorum Marvisinis pro sua parte. Et in eo quod D. Wilielmus de Sustorla

Potestas

Potestas Tarvisii, pro Communi Tarvisii firmat suam petitionem, dicens, peto damnum datum ab Episcopo Feltrensi, et a suis, quod extimo lxx. mille libras denar. et peto ab ipso Episcopo, et suis restitutionem Costę, et Mesii cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus hominibus habitantibus in eisdem locis et totius conditionis facte a D. Vecellone in Episcopo Feltrensi et suis: item in eo quod dicit imploramus officium vestrum, ut cogatis Episcopum Feltrensem et homines Feltrenses manutenere et observare postam, et concordiam inter illum et Commune Tarvisii factam secundum quod continetur in nostris instrumentis absolvimus predictum Drudonem Episcopum Feltrensem et precipimus predicto Vilielmo Potestati Tarvisii, pro Communi Tarvisii et D. Icelino de Romano, et omnibus illis, qui ex parte Tarvisii nostra mandata attendere juraverunt, ut in his omnibus Feltrensem Episcopum et homines Feltrenses non inquietent, sed ipsos quietos et absolutos ab omni inquietudine universitatis Tarvisii permanere faciant. Et in eo, in quo D. Vilielmus de Pusterla Potestas Tarvisii pro ipso Communi format suam petitionem dicens. Peto restitutionem omnium hominum Episcopatus Cenetensis, qui sunt separati a servitio Tarvisii, ut debeant exercere jurisditionem, sicut quondam consueverunt. Et in eo in quo dicit, Peto ab Episcopo Cenetensi pro damno et injuria nobis in Terra ab eo et a suis data quod extimo cccc. libras: absolvimus D. Mattheum Cenetensem Episcopum et homines Cenetensis Episcopatus et precipimus predicto Potestati Tarvisii et D. Icellino de Romano, et omnibus illis qui ex parte Tarvisinorum juraverunt attendere. et observare nostra mandata, in his omnibus Cenetensem Episcopum, et homines Cenetensis Episcopatus non inquietent, sed eos quietos et absolutos ab omni inquietudine universitatis Tarvisii faciant permanere. In eo vero, in quo D. Villelmus de Pusterla Potestas Tarvisii pro Communi Tarvisii format suam petitionem dicens, Peto pro damno à D. Patriarcha nobis dato et à suis in terris nostris, videlicet in Mestre, in Spineda et in aliis nostris terris usque XL. villas et in partibus Cenete usque ad XXV. villas et plus. Quod damnum extimo

centum mille libras et plus. Et modo noviter dederunt nobis damnum valoris X. mille libras denar. Absolvimus D. Fredericum de Cauriago Procuratorem D. Gothifredi Aquilegensis Patriarche, et pro ipsum Fredericum Patriarcham et suos. Et in eo, quod D. Vilielmus de Pustorla Tarvisii Potestas pro Communi Tarvisii firmat suam petitionem dicens, Peto restitutionem filiorum q.m Gabrielis cum omnibus suis locis, et cum omnibus suis hominibus in eadem terra habitantibus. Et in eo quod dicit, Peto à filiis q. Gabrielis et imploramus offitium vestrum, ut filii Gabrielis una cum castris suis et possessionibus nobis restituantur, et Peto damnum nobis datum à filiis q.m Gabrielis et a Suis: quod extimo XIIII. M. librarum denar. Absolvimus eos, et eorum homines, videlicet Vecellonem, Gabrielem, Albertum, Biaquinum, et Ottonellum eorum Curatorem. Et precipimus D. Vilielmo Potestati Tarvisii pro Communi Tarvisii et pro omnibus illis, qui ex parte Tarvisinorum nostra precepta attendere juraverunt ut eos, et eorum homines, et castra et loca non inquietent; sed libere et absolute permanere faciant ab omni inquietudine universitatis Tarvisii. Et in eo in quo D. Vilielmus de Pustorla Tarvisii Potestas pro Communi Tarvisii dicit in suo libello: Peto restitutionem Vecelleti de Prata et filiorum cum omnibus suis locis et hominibus in eisdem locis habitantibus et nominatim Peto proprietatem Castri Brugnere cum omnibus pertinentiis, quia dico proprietatem ad meos vicinos pertinere. Et Peto à Domino Vecelleto et a Gabriele filio suo, et a suis pro damno dato in terris nostris comburendo et incidendo, quod extimo V. M. librarum. Absolvimus ipsum Vecelletum, et Gabrielem ejus filium et suos homines. Et precipimus D. Vilielmo Tarvisii Potestati pro Communi Tarvisii et hominibus ~~filiis~~ illis, qui ex parte Tarvisinorum nostra mandata attendere juraverunt: ut eum et filium, et suos homines et sua loca et castrum Brugnere non inquietent, sed libere et absolute ab omni inquietudine universitatis Tarvisii, faciant permanere. Et in eo, in quo D. Gothofredus Aquilegensis Patriarcha dicit: Nos quidem Dei gratia S. Aquilegensis Patriarcha petimus à Communi Tarvisii et ab hominibus sue partis mille et centum Marchas pro damnis nobis et nostris hominibus datis in Villa S. Pauli et ejus pertinentiis, et in Medadis et ejus pertinentiis: et similiter pro damno, quod Fredericus cum maxima multitudine Tarvisinorum in Foro julio fecit: et pro damnis, que idem Fredericus intulit Proposito S. Ulrici petimus etiam, ut de cetero in Villa S. Pauli et ejus

pertinentiis

pertinentiis in Villa de Medadis vel in aliquibus locis ad Patriarchatum pertinentibus
aliquam jurisditionem non excerceant: absolvimus D. Vilielmum Potestatem
Tarvisii a petitione Mille et Centum Marcharum: et precipimus D. Vilielmo Tarvisii
Potestati pro Communi Tarvisii et omnibus, qui ex parte Tarvisinorum nostra
precepta juraverunt attendere, ut non inquietant D. Patriarcham in Villa S. Lau=
li nec in Villa de Medadis nec in aliquibus locis ad Patriarcham spectantibus,
nec in eis aliquam jurisditionem exserceant: sed quiete et absolute D. Patriarcham
predicta loca et habitatores tenere permittant, nec inquietari patiantur ab univ=
ersitate Tarvisii. Et in eo quod D. Vilielmus de Sursella Potestas Travisii
dicit: Peto restitutionem Castri de Orgnano, et cum omnibus suis pertinen=
~~omnibus suis pertinentiis et cum~~
tiis et cum D. Zordanino et cum omnibus ibi habitantibus, et vice
mutua Ubertus Vicecomes Placentie, Padue Potestas ita proponit: Vobis
Rectoribus Verone et Mantue conqueror. Ego Ubertus Vicecomes Placentie
et Potestas Padue et pro Communi ejusdem civitatis de potestate Tarv=
isii et de ipso communi, a quo peto Coneglianum cum omnibus suis pertine=
ntiis honorantiis et districtibus et ut restitutionem quasi possessionis jurisditionis quam
habent et excercent in Cenetensi Comitatu, mihi pro Communi Padue agen=
ti prestare faciatis, et ut de cetero Commune Padue impedire non debeant,
ipsum et Commune Travisii compellatis: Liberamus et penitus absolvim=
us Castrum de Orgnano, et D. Zordaninum et homines habitantes in eo:
et Castrum Conegliani cum suis pertinentiis, honorantiis, et districtibus,
et homines in eo et in eis habitantes, et Cenetensem Episcopum et
Comitatum cum suis habitatoribus et habitationibus, absolvimus et peni=
tus liberamus a Potestate manu et jurisditione districtu et ab omni
iure, et obligatione pactis et juramentis, et conditionibus, quibus usque
nunc vel quocumque modo se et sua loca, castra et Comitatum, et eorum
habitationes supposuerunt vel alligaverunt Paduanis aut Tarvisinis. Et
precipimus D. Uberto Vicecomiti Placentino et Padue Potestati pro Communi

Padue, et omnibus illis, qui ex parte Paduanorum nostra mandata attendere juraverant, ut predicta loca castra, Episcopatum, Comitatum, et eorum habitationes non inquietent in perpetuum, sed libere et absoluta permanere concedant; omnia jura, que in eis habeant, relaxantes, et nullum pactum nullam conventionem faciant cum habitatoribus predictorum locorum ad detrimentum Tarvisinorum: Et nulla ratione vel modo qui dici vel excogitari potest, predicta loca, castra, Episcopatum, Comitatum, et eorum habitatores alligare debeant nec obligare nec astringere, ut in aliquo teneantur Paduanis vel Communi Padue contra Tarvisinos vel contra Commune Tarvisii in perpetuum. Et precipimus D. Vilielmo de Surtarla Tarvisii Potestati et pro Communi Tarvisii et omnibus illis qui ex parte Tarvisii nostra mandata observare juraverant ut predicta loca castra, Episcopatum, comitatum et eorum habitatores non inquietent in perpetuum: sed libere et absolute manere concedant omnia jura que in eos habeant, relaxantes et nullum pactum, nullam conventionem faciant cum habitatoribus predictorum locorum ad detrimentum Padoanorum. Et ut nulla ratione modo, qui dici vel excogitari possit predicta loca, et castra, Episcopatum comitatum, et eorum habitatores alligare debeant nec obligare, vel astringere ut in aliquo teneantur Tarvisinis vel Communi Tarvisii contra Padoanos vel contra Commune Padue in perpetuum. De precio Zumellarum quod Tarvisini asserunt se solvisse pro exonerandis debitis filiorum Gabrielis, dicimus quod non teneantur filii Gabrielis reddere aliquid Communi Tarvisii: sed Commune Tarvisii debeat recuperare a creditoribus, quibus solverunt: Et creditores suas debeant habere actiones, petitiones et persecutiones salvas et integras contra filios Gabrielis, et fidejussores et eos qui pro debitis solutis a Tarvisinis ante solutionem tenebantur. Et precipimus filiis Gabrielis et eorum

et eorum curatori et omnibus, qui qualiter ratione poterant conveniri pro debitis, vel debitorum occasione solutorum a Tarvisinis ante solutionem factam, ut nullam possint vel debeant proponere exceptionem, nec pretendere defensionem occasione solutionis facta a Tarvisinis vel confessionis facta pro debito recepto à Tarvisinis. Et generaliter ad petitionem damnorum datorum et rerum mobilium ablatarum Padoanis, Episcopis de Beltro, de Belluno, et de Ceneta et Vecellotto de Prata, et Vecelloni de Saligo, et Vecelloni, et Gabrieli filiis D. Gabrielis, et ceteris omnibus ex parte omnibus predictorum (exceptis Alberto et Braquino) Absolvimus D. Wilielmum Tarvisii Potestatem et ceteros qui ex parte Tarvisinorum nostra mandata observare et attendere juraverunt ut dent et solvant Alberto et Braquino pro omni damno dato vel rebus mobilibus ablatis eis vel suis hominibus hinc ad quatuor menses duo millia librarum Veronensium prius dato sacramento Ottonelo de Coro Curatori Alberti et Braquini (parabola Alberti ibi presentis) qui iuravit damnum datum a Communi Tarvisii in suis bonis et terris, quod erat duo millia librarum Veron. Et precipimus ut sint contenti ipsi Albertus et Braquinus et eorum Curator in hoc et de superfluo damno dato vel de rebus mobilibus ablatis non impetrent rationem vel aliqui de sua parte. Et precipimus ut capti ex utraque parte liberentur et eorum fidejussores. Et precipimus ut Castrum Casare relinquatur D. Icellino de Romano non habita taxa ratione expensarum factarum in Warda. Et precipimus omnibus ex utraque parte qui nostra mandata attendere juraverunt ut omnia predicta

facient in perpetuum observare, et adimplere universitates sive communia et habitatores suarum terrarum et locorum absolvantes a petitione omnium damnorum datorum et rerum mobilium ablatarum Tarvisinis vel aliquibus sue partis D. Ubertum Potestatem Padue pro Communi Padue et Episcopos Feltrenses, Bellunenses Cenetenses, Filios Gabrielis, Vecellotum da Prata et filium, D. Patriarcham, et Vecellonum de Soligo, et ceteros de sua parte: et precipimus ut qualibet pars sit astricta per sacramentum reddere omnia ablata tempore Treugue statim rerone ante Calendas Decembris. Et non debeat fieri requisitio alia si non fuerit facta redditio: sed ei parti que non reddiderit, satis sit perjurii pena. Acta sunt hec Mantue in palatio Communis. Amen

Anno a nativitate Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio, Indictione XI. die martis XIII. exeunte Octobris.

Verci Storia degli Ecellini Tomo 3. pag. 115. Documento N.º 60

Frangipane

1193. 12. sbre Enrico Imp conferma a Gotofredo Patr. d'Aquileja i possessi e prerogative della sua sede 11.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator, et semper Augustus — Imperatorie majestatis titulos crescere credimus, et augeri, et ad salutis nostre perfectum multipliciter pertinere, si ad pacem Ecclesiarum et sibi pertinentium firmitudinem, et augumentum tanto diligentiorem studuerimus curam impendere, quanto uberiorem ab Altissimo in quo spem nostram consolidavimus ad regni perpetui retributionem nos non dubitamus misericordiam consecuturos, et gratiam; inde est quod fidem pariter et dilectionem dilecti Principis Nostri Gotefredi Aquilejensis Patriarcha pre oculis .... tam Ecclesie Aquilejensis respectu, quam prenominati Patriarche intuitu ad imitationem serenissimi Patris Nostri Federici et aliorum Romani solij gubernatorum, Regum, seu Imperatorum prenominatam Aquilejensem Ecclesiam in protectionem et tutelam nostram recipimus, et ad hec omnes possessiones, quecumque bona, quecumque jura, districta, Thelonea, Ripatica prefata Ecclesia in presentiarum possidet, vel in futurum largitione nostra, vel successorum Nostrorum Regum seu Imperatorum, concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adhipisci ei confirmantes Imperii auctoritate statuimus, ut jam dicto Patriarche suis successoribus firma, et illibata permaneant. De his autem que prescripte Ecclesie confirmanda, quedam duximus annotanda, que inter alia et comuniter, et specialiter per hanc paginam ..... ei corroboramus. Scilicet Ducatum, et comunitatum foro julij, et villam de Lucinigo cum omnibus ad regalia et Ducatum pertinentibus hoc est placitis, coloris, foro districtionibus universis, omnique utilitate, que juste ullo modo

inde

inde pervenire poterit. Preterea omnia regalia, omnium Episcopatum Istrie Tergestini, Polensis, Parentini, Petenensis, Civitatis nove, regalia Concordiensis, Bellunensis Episcopatus, regalia trium Abbatiarum Sexto, Sancte Marie in Organo, et de Valle cum curtibus, Castellis, Portibus, villis, Mansis, venationibus, Piscationibus, Placitis, Theloneis nemoribus, Molendinis, et omnibus aliis mobilibus, et immobilibus, Herbatico, Campulis, pascuis, Insulam Gradensis cum omnibus suis pertinentiis, et Terram inter Plavem, et Liquentiam jacentem, villas Sti Pauli, et Sti Georgii, et omnia que Auguste memorie Imperator Conradus Ecclesie Aquilejensis ibidem contulit cum omnibus dependentiis, et utilitatibus aquis, aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus, exitibus, reditibus, nemoribus, mobilibus, et immobilibus, Castrum de Treven cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus Ministerialibus, famulis, terris cultis et incultis, nemoribus in integrum secundum quod Ulricus Patriarcha una cum Patre suo vol. et Mater sua Ecclesie contradidit Castrum de Attens cum omnibus suis Ministerialibus, famulis, mansi, villis, nemoribus, predium de Hyge intra universis pertinentibus sibi in integrum in Ministerialibus, et famulis secundum quod Nobilis Vir Ulricus Marchio quondam Istrie sicut in publico instrumento inde confecto continetur Aquilejensis Ecclesie contulit. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat prefatam Ecclesiam temere disturbare vel ejus possessiones auferre, Abbatias retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus voluntati et dispositioni prefati Patriarche, suorumque successorum usibus omnimodis .... nec gerreret eidem Patriarche suisque successoribus et Aquilejensis Ecclesie aliquo in tempore

preju-

prejudicium, si quid contra hujus privilegii nostri tenorem et Aquilejensis Ecclesię justitiam, quod damna ei parere aliquod detrimentum possit ab aliquibus per surreptionem est obtenta, volumus igitur ut sępe dicta Aquilejensis Ecclesia hoc nostre Majestatis privilegio munita, et defensa existat, ut si jure casu aliquo omnia privilegia, et istrumenta sua perderet nihilominus jacture, vel diminutionis substineat hancque paginam loco omnium privilegiorum, et instrumentorum habeat; si qua igitur in futurum Imperii nostri persona contra hanc nostrę institutionis, et confirmationis paginam venire presumpserit, et commonita non respuerit, noverit se iram, et indignationem nostram incursurum, et compositurum auri purissimi mille libras medietatem camerę nostrę reliquam vero partem Aquilejensis Ecclesię Patriarchę qui pro tempore fuerit persolvat, et nostra institutis et confirmatis nihilominus firma permaneat, et testes sunt nunc Burgens Episcopus, Valerius Trojanus Episcopus, Albertus Marchio Missilensis, Albertus Dux de Terge, Albertus Comes de Overchę, Federicus Comes Bicheligensis et alii quamplures.

Signum Domini Henrici VI Romanorum Imperatoris

Data sunt hec Anno Dominice Incarnationis 1193 Ind. XI. Regnante Domino Henrico VI Romanorum Imperatore vitoriosissimo Anno Regni ejus 23 Imperii vero 3.

Datum apud Valentiinseri per Magnum Imperialis Aule Protonot. a Idus Xbris

Da un processo formato tra consorti di Spilimbergo di ragione del Spettabile Sig.r Francesco Brunalesco Nodaro, copia del quale autentica si conserva nella Publica Cancellaria coperta di carta pecora di carte 845 comincia (Instantia et Responsio) e finisce (Ingrossatio ut supra) — pag. 457

Dalla Vacchetta di carte antiche presso il Sig. Conte Cinzio Ottelio di Udine, trascritte, e cucite insieme senza titolo, e numerazione di pagine, ma con numero progressivo ad ogni documento. N.o 15

Castello di Porpetto 22. aprile 1816.

F. Frangipane

vestra,
nos indu=
toralis, ut
Jiuatis
incepta
debita sub=
n non
forsan
nis cosc.
vestros. et
satissu
n lcristis.
quse, ie
corde re
latis, nec
tram ivi
dis, jam
ta.) Olim
sem serti=
, et tam
mandato
em, tibi su
u tu
ttenentum
obsc lo
nnibus
s Patriar=
Civitatem
ra Urbia
gratis, et
dici solum=
modo

G

1139. 23: marzo

Monitorio d' Innocenzo II ai Trivigiani pelle molestie da cui recate al Patriarca d' Aquil. ed à Vescovi di Belluno, Ceneda, e Feltre.

Potestati et Populo Tarvisii sine salutatione. Non merita vestra, que demeruerunt penitus gratiam sedis Apostolice, nos inducunt. Sed monet, et movet potius debitum officii Pastoralis, ut contumaciam solicitare literis procuremus, si forsan adjiciatis resurgere: nec sicut semper in deterius corruatis: vel si incepta malitia jussseritis persistendum, admonitionem ultio debita subsequatur; et ferro curentur vulnera, que fomentorum non sentiunt medicinam. Expectavimus etenim hactenus si forsan patientia nostra vos ad penitentiam revocaret, ut accusante conscientia vos ipsos adjudicaretis et condemnaretis actus vestros. et tandem respicientes a malo, Deum vobis per condigne satisfactionis opera placaretis, et Romanam Ecclesiam, quam lesistis. Verum patientia nostra vobis actenus, sicut apparet ex [illegible], sa est tribuisse materiam malignandi, ita quod indurato corde [illegible] accusantium vos interius cogitationum aculeos sentientes satis, nec fomentum ecclesiastice disciplinae, que ad correctionem vestram civitatem Tarvisii supposuit sententie Interdicti: sic ut de vobis jam dicere valeamus. (Curavimus Babylonem, et non est sanata.) Olim si quidem, ut accepimus, Civitatem Feltrensem ad Feltrensem pertinentem Ecclesiam penitus destruxistis, combusistis ecclesias, et tam bone memorie Episcopum, quam homines civitatis stare mandato vestro juramenti vinculo astrinxistis. Et cum Feltrensem, Bellunensem, ac Cenetensem dioceses fere penitus vastassetis: et [illegible] S. Pauli de Mediates ad Aquilegensem Patriarcham pertinentem destruxissetis omnino, castro de Canevo quindecim diebus obsesso et pluribus nobilibus interfectis ibidem, et devastatis omnibus circumquaque; bone memorie Gothifredus Aquilegiensis Patriarcha Consules et Consiliarios vestros Excommunicationis, et Civitatem vestram Interdicti sententia innodavit. Sed bone memorie Urbanus Papa predecessor noster gratiam impendere volens ingratis, et secundum Apostolum vincere in bono malum, simplici solum-

modo

modo super restanda satisfactione promissore accepta, per eundem Patriarcham latam in vos sententiam obtinuit relaxari. Vos autem ex hoc deteriores effecti, et in Ecclesiam resurgentes Episcopatum Bellunensem et Cenetensem manu intrastis armata et multipliciter afflixistis. Licet autem in compositione inter Federicum Imperatorem et Lombardos habita, predictas Dioceses ad vos nullatenus pertinere fuerat diffinitum: Et Vos juri, si quod in eis habueratis (quod tamen nullum erat) abrenunciaveritis per publicum Instrumentum, ac postmodum idem Imperator per privilegia sua Episcopatus predictos a jurisdictione et potestate vestra decreverat absolutos, Vos hec omnia contemnentes castra, et possessiones ad Bellunensem Ecclesiam legitime venditionis titulo devolutas, ab his (ad quos non pertinebant) illicite comparastis: possessione ipsorum per violentiam occupata; et appellatione contempta, que ad Apostolicam sedem et Imperium fuerat interjecta; Et hostiliter Feltrensem et Bellunensem Episcopatus intrantes omnia circunquaque vastastis, ducentos de melioribus locorum illorum captos ducentes usque ad civitatem vestram, quos diu detinuistis carceri mancipatos. Quamvis etiam postmodum super possessionibus ipsis pro Bellunensi Ecclesia tertio lata fuerit sententia per Judices delegatos, et per Sedem Apostolicam confirmata. Et Vos postmodum per Veronensium et Mantuanorum arbitrium, ad quod servandum vos juramentis, [illegible] pœnis, et obsidibus obligastis, ad restitutionem possessionum ipsarum faciendam Bellunensibus fueritis condemnati: predictis Episcopatibus a violentia vestra penitus absolutis, ac vobis promittentibus hec omnia inviolabiliter observare. In concepta tamen malitia persistentes, in simulata pace bone memorie Bellunensi Episcopo parastis insidias, et eum captum et vinctum quasi latronem per nemora die noctuque trahentes, tandem

acclamante

acclamante populo (Moriatur) ipsum nequiter occidistis. Et quasi non id vobis sufficeret, castrum Opitergii, et tertiam partem Bellunensis Ecclesie possessionum per violentiam occupastis. Propter quod bone memorie Celestinus Papa, predecessor noster Civitatem vestram supposuit sententie Interdicti, et principales hujus iniquitatis auctores excommunicatos mandavit publice nunciari, evitari precipiens vos in comerciis a vicinis. Tandem vero circa nostre promotionis initia, cum quidam vestrum ad sedem Apostolicam accessissent, ut gratiam vobis (licet immeritis) faceremus, Venerabilibus fratribus nostris A. Sancte Romane Ecclesie Cardinali Veronensi, et H. Ferrariensi Episcopo dedimus in mandatis, ut a vobis sufficienti cautione recepta, quod tam super nece Episcopi memorati, quam super occupatione et detentione possessionum mandatis Apostolicis pareretis, latam in vos relaxarent sententiam Interdicti: et cognoscentes de causa partes cum suarum testimonio literarum ad nostram presentiam destinarent. Verum nec predicti nuncii literas sedis Apostolice receperunt, nec vos ad eorundem Judicum presentiam accessistis. Nuper etiam cum Vicentinis et Veronensibus conjurantes et cum multo exercitu irruentes in diocesim Cenetensem (licet servare firmam Treguam eidem Episcopo jurassetis) Ecclesiam tam matricem, quam alias diruistis, sanctorum reliquias asportantes; et vastantes possessiones ad eundem Episcopum et suos spectantes in Villis aliis constitutas. Cum igitur contumaciam vestram dissimulare de cetero non possimus, universitati vestre, per Apostolica scripta mandamus, et sub obtestatione divini judicii districte precipimus, Quatenus super predictis omnibus Deo et Ecclesie Romane, quam principaliter offendistis, satisfacere procuretis, ablata omnia restituentes Ecclesiis antedictis: Et de molestiis, damnis, injuriis irrogatis Venerabilibus fratribus nostris Peregrino Patriarche Aquilegensi, Episcopo

se Episcopisque Feltrensi, Bellunensi et Cenetensi, et aliis tempe rali eorum jurisdictioni suppositis, quos lesistis, condignam co ram Venerabili fratre nostro Patriarcha Gradensi, et Episcopo Clugiensi, quibus super hoc nostras literas destinamus, satis factionem sine dilatione ac contradictione aliqua exhibentes ita ut predicti Patriarcha et Episcopi pro vobis a nobis inter cedere teneantur. Alioquin, quoniam in Ecclesiam Dei conjura se videmini, et Episcopos de civitate in civitatem fugare; ut in eo, in civitatem vestram a Pontificali privabimus dignitate: et vos mandabimus tam a Rectoribus, quam universis civi tatibus Lombardie in comerciis, colloquiis, et aliis evitari: ac mercatores vestros ubicunque fuerint, capi per Principes secula res, et publicatis bonis eorum personas etiam sub arcta custo dia detineri: alias etiam in vos manus nostras tam spirituali ter quam temporaliter aggravare curabimus ita quod quantus sit vester excessus, in pena cognoscatur evidentius quam in cul pa. Interim autem eidem Gradensi Patriarche ac Clugien se Episcopo districte precipimus, ut latas in terram vestram Interdicti, et personas principalium auctorum et fautorum ne cis Episcopi memorati Excommunicationis sententias innovent, et curent solemniter publicare. Ad vos ergo cum Propheta clama mus (Reddite prevaricatores ad cor, et ante oculos vestros districtum Dei [illegible] statuatis, ut fugere valeatis ab ira ven tura, que jam contra vos incepisse videtur, et Agite igitur penitentiam, dum locus est penitendi, ne tandem frustra peni beat noluisse vos penitere.)

Datum Laterani VI. Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo. Innocentius 2 Papa III.

Trascritto dalla storia degli Ecelini di Giambattista

1199 27 marzo

Monitorio del Papa ai Trivigiani

Potestati et Populo Tarvisii sine salutatione. Non merita vestra que demeruerunt penitus gratiam sedis Apostolice, nos inducunt. Sed monet et movet potius debitum offitii Pastoralis, ut contumatiam solicitare literis procuremus, si forsan adjiciatis resurgere: nec sicut semper in deterius corruatis: vel si incepta malitia jusseritis persistendum, admonitionem ultio debita subsequatur et ferro curentur vulnera que fomentorum non sentiunt medicinam. Expectavimus etenim hactenus si forsan pati=entia nostra vos ad penitentiam revocaret, ut accusante consciencia per vos ipsos dijudicaretis et condemnaretis actus vestros et tandem resi=piscentes à malo. Deum vobis per condigna satisfactionis opera placare=tis et Romanam ecclesiam, quam lesistis. Verum patientia nostra vobis hactenus sicut apparet ex opere, visa est tribuisse materiam malignandi; ita quod indurato corde nec accusantium vos interius cogita=tionum aculeos sentiatis, nec fomentum ecclesiastice discipline, que ad correctionem vestram civitatem Tarvisii supposuit senten=tie interdicti: sic ut de vobis jam dicere valeamus. (Curavimus Babylonem, et non est sanata.) Olim si quidem ut accepimus Civi=tatem Feltrensem ad Feltrensem pertinentem ecclesiam peni=tus destruxistis, combusistis ecclesias et tamen bone memorie Episcopum, quam homines civitatis stare mandato vestro

juramenti vinculo astrinxistis et cum Maltensem, Bellunensem, ac
Cenetensem diocesis fere penitus vastavetis: et curiam S. Pauli
de Medates ad Aquilegensem Patriarcham pertinentem destruxisse-
tis omnino, castro de Casella quindecim diebus obsesso et plurimis
Nobilibus interfectis ibidem, et devastatis omnibus circumquaque; bone
memorie Gothifredus Aquilegensis Patriarcha Consules et Consiliarios
vestros excommunicationis et Civitatem vestram interdicti sententia
innodavit. Sed bone memorie Urbanus Papa predecessor noster gratiam
impendere volens ingratis, et secundum Apostolum vincere in bono ma-
lum, simplici solummodo super prestanda satisfactione promissione acce-
pta, per eundem Patriarcham latam in vos sententiam obtinuit relax-
ari. Vos autem ex hoc deteriores effecti, et in Ecclesiam resurgentes.
Episcopatum Bellunensem et Cenetensem manu intrastis armata
et multipliciter afflixistis. Licet autem in compositione inter Frideri-
cum Imperatorem et Lombardos habita predictas Dioceses ad vos null-
atenus pertinere fuerat diffinitum: et vos juri, si quod in eis habe-
retis (quod tamen nullum erat) abrenunciaveritis per publicum instru-
mentum, ac post modum idem Imperator per privilegia sua Episcopa-
tus predictos a jurisdictione et potestate vestra decreverat absolutos,
vos hec omnia contemnentes castra et possessiones ad Bellunensem
Ecclesiam legitime venditionis titulo devolutas, ab his (ad quos non
pertinebant) illicite comparastis: possessione ipsorum per violentiam
occupata; et appellatione contempta, que ad Apostolicam Sedem et

imperium

Imperium fuerat interiecta; et hostiliter Feltrensem et Bellunensem Episco-
patus intrantes omnia circumquaque vastastis, ducentos de melioribus
locorum illorum captos ducentes usque ad Civitatem vestram quos diu detinuistis
carceri mancipatos. Quamvis etiam post modum super possessionibus ipsis
pro Bellunensi Ecclesia Sentis lata fuerit sententia per judices delegatos et
per Sedem Apostolicam confirmata. Et vos post modum per Veronensium
et Mantuanorum arbitrium ad quod servandum vos juramentis pignoribus
et obsidibus obligastis ad restitutionem possessionum ipsarum faciendam Bellu-
nensibus fueritis condemnati: predictis Episcopatibus a violentia vestra penitus
absolutis, ac vobis promittentibus ~~pacem~~ hec omnia inviolabiliter observare; in prava
concepta tamen malitia persistentes, in simulata pace bone memorie Bellu-
nensi Episcopo parastis insidias, et eum captum et vinctum quasi latronem per
nemora die noctuque trahentes tandem acclamante populo (Moriatur) ipsum
nequiter occidistis. Et quasi non id vobis sufficeret castrum Opitergii, et totam
partem Bellunensis Ecclesie possessionum per violentiam occupastis propter
quod bone memorie Celestinus Papa predecessor noster Civitatem vestram suppo-
suit sententie interdicti, et principales hujus ~~principalis~~ iniquitatis auctores
excommunicatos mandavit publice nuntiari, evitari precipiens vos in commerciis a vici-
nis. Tandem vero circa nostre promotionis initia, cum quidam vestrum ~~ad~~
ad Sedem Apostolicam accessisent ut gratiam vobis (licet immeritis) faceremus,
venerabilibus fratribus nostris P. Sancte Romane Ecclesie Cardinali Veronensi et
H. Ferrariensi Episcopo dedimus in mandatis, ut a vobis sufficienti cautione recepta,
quod tam super nece Episcopi memorati quam super occupatione et detentione
possessionum mandatis Apostolicis pareretis, latam in vos relaxarent sententi-
am interdicti: et cognoscentes de causa partes cum suarum testimonio literarum
ad nostram presentiam destinarent: Verum nec predicti nuntii literas Sedis

Apostolice receperunt nec vos ad eorundem ~~juditium~~ judicum presentiam accessistis: Nuper etiam cum Vicentinis et Veronensibus conjurantes et cum multo exercitu irruentes ~~cum multa~~ in Diocesim Cenetensem (licet servare firmam Treguam eidem Episcopo jurassetis) Ecclesiam tam matricem quam alias diruistis sanctorum reliquias asportantes; et vastantes possessiones ad eundem Episcopum et suos spectantes in villis aliis constitutas. Cum igitur contumatiam vestram dissimulare de cetero non possimus, universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, et sub obtestatione divini juditii districte precipimus, quatenus super predictis omnibus Deo et Ecclesie Romane, quam principaliter offendistis satisfacere procuretis, ablata omnia restituentes Ecclesiis antedictis. Et de molestiis, damnis et injuriis irrogatis Venerabilibus fratribus nostris Peregrino Patriarche Aquilegensi Episcopisque Feltrensi, Bellunensi, et Cenetensi et aliis temporali eorum jurisdictioni suppositis, quos lesistis, condignam coram Venerabili fratre nostro Patriarcha Gradensi, et Episcopo Clugiensi, quibus hoc nostras literas dirigimus satisfationem sine dilatione ac contraditione aliqua exhibentes: ita ut predicti Patriarcha et Episcopi pro vobis quod vos intercedere teneantur. Alioquin, quoniam in Ecclesiam Dei conjurasse videmini et Episcopos de civitate in civitatem fugare et in eo in quo delequistis, sentiatis rigorem ecclesiastice disciplinæ civitatem vestram Pontificali privabimus dignitate et vos mandabimus tam à Rectoribus, quam universis Civitatibus Lombardie in commerciis, colloquiis, et aliis evitari: ac mercatores vestros ubicumque fuerint, capi per principes seculares et publicatis bonis ~~eorum~~ personas etiam sub arcta custodia detineri: alias etiam in vos manus nostras tam spiritualiter quam temporaliter aggravare curabimus, ita quod quantus sit vester excessus in pena cognoscatur evidentius quam in culpa interim autem eidem Gradensi Patriarche ac Clugiensi Episcopo districte precipimus ut latas in terram vestram Jnterdicti, et personas principalium auctorum et fautorum necis Episcopi memorati Excomunicationis sententias innovent et curent solemniter publicare. Ad vos ergo cum Propheta clamamus (Redite prevaricatores ad cor, et ante oculos vestros districtum Dei juditium statuatis, ut fugere valeatis ab ira ventura, que jam contra vos incepisse videtur (Agite igitur penitentiam, cum locus est penitendi, ne tandem frustra ~~voluisse~~ contingat vos penitere.

Verci Storia degli Ecellini Tomo 3 pag. 130. Doc. 25.

Franzisane

Vedi Tomo terzo docum. 65. pag. 130. ——

Cas.° di Porpetto 22. xbre 1815. C. Frangipane

veneris

elini de

frahis,

doto,

vasio,

la Lotes

e successo

que here

e vestros

n impe

ter dajo

loc quod

nis

vomite

ichu,

ca Otra

mus,

ram

remus

1199. 17. Giugno   Convenzione fra i Trivigiani e i Signori di Prata per l'esercizio dei loro diritti, e particolarmente sul Dominio di Brugnera

Anno Dñi millesimo centesimo nonagesimo nono Inditione secunda, die veneris decimo tertio exeunte Junio: praesentia Comitis Rambaldi Ecelini de Romano, Odolrici de Fossalta, Ecceleonis de Camino, Biaquini fratris, Guercii Advocati, Gerardi de Campo S. Petri, Jacobini de Vidoto, Odolrici de Scurmico, Bartholomei de Turlana, Joannis de Cavasio, Bonifacini filii Gerardini, et aliis. Nos Wilielmus de Pusterla Potestas Tarvisii nomine Cōis Tarvisii promittimus per nos et nostros successores Vecelloto de Prata, et Federico ejus filio pro vobis, vestrisque heredibus salvare, et manutenere vos, et vestros heredes, et omnes vestros tam liberos, quam servos, cum omnibus bonis vestris, et non impediemus vos vel vestros heredes de placitis illis de quibus aliquis deposuerit querimoniam coram vobis vel vestro nuntio: salvo hoc quod si causa moveretur contra homines vestri districtus, et jurisditionis quod nullo modo nos intromittemus: et si aliquo modo nos intromitteremus, compertito quod illa causa esset de ~~vestro~~ vestro districtu, et Comitatu, statim illam ad vos transmittemus. Si pugna aliqua orta fuerit in vestra jurisditione vel comitatu, ante vos esse permittemus, nec de ea nos intromittemus, et si contingerit quod si pugnam judicaremus inter homines vestri districtus statim ut cognosceremus

illas asse de vestro districtu, homines ad vos illam jugam faciendam transmittemus, nec impediemus vos quia in homines vestri districtus, et vestre terre collectam facere possitis, et permittemus nomine Cōis Tarvisii, si vobis contigerit aliquod castrorum vestrorum à Cōis vel occasione Cōis Tarvisii destrueretur, quod infra annum illud aqua donum reedificabimus, nisi verbo vestro bona voluntate dato remanserit: et si aliqua verra appareret vobis occasione Cōis Tarvisii facta vel inbrigamentum promittimus vos, et vestras possessiones adjuvare, et manutenere. Etiam refutationem Brugnere vobis faciemus fieri, salvo hoc quod creditoribus debatis teneri, sicut prius tenebamini: ita tamen quod Brugnera debeat remanere in virtute Cōis Tarvisii donec vos creditoribus vestris satisfacietis, vel congruos fidejussores in arbitrio Potestatis dannos prestabitis et usura solvi debetis in arbitrio Potestatis. Et pacem et finem nomine Cōis Tarvisii facimus vos, et vestris tam liberis, quam servis de omnibus injuriis et maleficiis, et dannis datis hominibus Tarvisii pro Cōi et divisso a tempore verre hucusque inter Cōe Tarvisii et vos habita, vel occasione verre et penas bannorum vobis et vestris tam liberis quam servis remittimus si quas nobis debetis et vos de banno extrahimus. Et hec omnia vobis

vobis promittimus nomine Cōis Tarvisii vobis, et vestris heredibus per is

per nos et nostros successores firma, et inviolata tenere, et si contra=

veniremus, promittimus vobis dare nomine pene quatuor millia libr=

arum pro quibus obligamus vobis omnia bona Cōis. Tarvisii ita ut

si contraveniremus vestra auctoritate intretis tenutam, et de fructi=

bus eorum bonorum percipiatis, donec de illa pena vobis satis=

factatis. Et faciemus hec omnia predicta firma tenenda jurare

centum milites, et ducentos pedites nomine Cōis, quales eligen=

tis: et faciemus poni hanc concordiam in quaterno Cōis Tarvisii

ita ut mei successores de illa teneantur, et juramus hec omnia

toto tempore nostre potestarie firma tenere et attendere ut

superius legitur.

Actum in Campo Malo juxta rivum pausarum.

Verci Storia degli Ecelini Tomo 3. pag. 133. Doc. 66

Brunacciare

1199. 18. giugno Guecelletto di Prata e suo figlio si fanno cittadini di Treviso e prommettono di abitarvi una parte dell'anno.

In christi Nomine Amen. Anno Domini 1199 indictione 2da die veneris 13a exeunte junii. Presentia comitis Rambaldi, eccellini de Romani, Odolrici de Fossalta, veccellonis de Camino, Biaquini Fratris, Wucii advocati, Gerardi de Campo Sancti Petri, jacobini de Vidoto, Odorici de Secceraigo, Bartholomei de Furlana, joannes de Cavassio, Costantini de Henrico Bucca, Bonifacini filii Gerardini Bonisemblanti Henrici Goina, Bonifacini de Piro, Siniffora Ainardi de Ainardo Sclarcolini de Conegliano, Walperti de Castelcucco, Petro de Baldino, Petri Notarii, Manfredini, Engelemi, de Ruve dobra, Philippi filii Henrici, Jederici vilicum, Madii, Vidonis de Gombertino, joannes Baldi, Vissemanus de Costemariello, Bonificini Divitis, Alberti de Madio, Ottosini de Welfo, Andree Lidij, Noldini de Baldino. Jacobini de Turco Alberti fratris Jacobi de Bracislana, Petri Boni ejus filii, Alexandri de Nicolai, jacobini Agneli, Boncepoja, Gerardini Sancii, joannes de Enrico Bucca. Rambaldi de jacobino dicto, Geremia de Enrico Milemarem, joannes de Nostario, Jacobini Lupi, Flabiani Notarii, et aliis.

Nos Wicellettus de Prata, et Federicus ejus filius spontanea nostra voluntate constituimus Nos Cives Civitatis Tarvisii per Nos, et nostros heredes in perpetuum sicut quilibet alius civis ipsius civitatis. et promittimus per Nos, et nostros heredes Vobis Domino Vitelmo de Pusterla Potestati Tarvisii nomine Communis Tarvisini, nos facturos rationem per vos, et vestros successores, qui pro tempore fuerint in Regimine Civitatis Tarvisii, et habitare in Civitate Tarvisii duobus mensibus tempore pacis, tribus mensibus

bus tempore Werre, nisi remanserit parabola Potestatis, vel Con-
sulum, qui pro tempore erunt omnium, vel majoris partis, cum
consilio sapientum ejusdem Civitatis. Ita quod Potestas, vel Con-
sules qui pro tempore erunt nullam possint nobis dare para-
bolam nisi tempore sui Regiminis. Et quod aperiemus, et da-
bimus Castra nostra, et Loca Communi Tarvisii per pacem, et
Werram ad voluntatem Potestatis vel Consulum qui pro tem-
pore erunt in Regimine Civitatis Tarvisii. Et facimus stratas
securas Hominibus Tarvisii, et Mercato, et ejus districtus
pro communi, et divisio, et personas, et res eorum salvabi-
mus ~~cum vexillo vobis Domino Willelmo~~ in tota nostra Forcia.
Et damus, et concedimus cum vexillo vobis Domino Willelmo de
Posterla Potestati Tarvisii nomine Communis Tarvisini plenam ju-
risdictionem omnium nostrarum Terrarum, et Locorum, et hominum.
Et promittimus quod jurabimus omni anno sequi Potestatem, vel
Consules qui pro tempore erunt in Regimine Civitatis Tarvisii in-
frà octo dies ex quo nobis requisitum fuit a Nunciis Communi
Tarvisii sine fraude, et facimus jurare omnes homines nostri distric-
tu omni anno a quindecim annis super et a septuaginta annis in-
fra S. Sacramentum infrà 15 dies ex quo requisitum nobis fuit
à nobis sine fraude, et in hoc Sacramento jurabimus, et jurare faciemus
homines nostros tam liberos, quam servos de hac concordia, et posta ob-
servanda omni tempore, et nullo modo violanda. Et si sciremus aliquis
de nostris hominibus qui hanc postam infligere vellent bona fide di-
sturbavimus. Et promittimus si collecta fiet in Civitate Tarvisii,

quod

quod quantum spectat ad personas nostras, et posse nostrum ubicum=
que habebimus, dabimus Colectam secundum quod dabitur in Civitate.
Si autem colecta, vel Boatera, aut aliqua darea facta fuerint extra
Civitatem facimus omnes homines nostros districtus tam liberos, quam
servos predictam colectam, vel Boaderam seu dadam dare. Et pro=
mittimus quotiescumque commune Tarvisii facit osti; iter, vel
cavalcatam quod ibimus per nos, et faciemus homines nostros tam li=
beros, quam servos ire ad voluntatem Potestatis vel consulum qui
pro tempore fuerit in Regimine Civitatis Tarvisii. Et facimus fi=
nem et pacem vobis Domino Wifelmo de Dusterla Potestati Tar=
visii recipienti pro Commune Tarvisii, et diviso de omnibus dap=
nibus, injuriis, et maleficiis datis nobis, et nostris hominibus vel
factis a Commune Tarvisii vel alicui pro commune Tarvisii dicere
possimus aliqua occasio usque ad presentem diem. Et promitti=
mus per nos, et nostros heredes vobis nomine Communis Tarvisii
hec omnia predicta firma et incorupta tenere, et si contraveni=
remus aliqua occasione promittimus vobis nomine Communi Tar=
visii dare quatuor millia bonorum venetorum nomine pene, pro
quibus omnia nostra bona vobis nomine Communis Tarvisii obliga=
mus ut vestra intretis auctoritate in tenutam, et de frugibus
percipiatis. Hec sunt nomina Terrarum et Locorum quorum
jurisdictionem damus vobis ut dictum est, Curia de Durcileis
cum Castro, et villa, et cum istis villis illi curie pertinenti=
bus. Tanigallus, Colloselis, Barosio, Dlebe, vivaro, Banno Tal=
masono, Fontanafrigida, villadotto, Ronchis, Tarponedo, villa=
longa

longa ~~pro vico~~ forovico, Tratellis, Gorse, Rivalvaja, Savano, Roveredo, Curia Brugnere cum Costo et villa utraque, et cum his villis Marano, Talmasono, Sanglassano, Warda, Zoppi. Franzonico ex hac Franzonico, ex illac Sancto Quirino, Campodesemolis, Albina, Campodiputeo, Albinella. Et juro ego Wecellutus ad S. D. Evangelia omnia suprascripta attendere semper, et sequi pro ut prædicta ut Comes Rambaldus vere se juraverat, et quod prædictas terras nullo minus in aliqua parte in filium meum prædictam alienavi, vel dedi. Et juro ego Federicus ad S. D. E. omnia supradicta semper attendere, et occasione minoris etatis nec alia contravenire et sequi dictum potestatem ut Comes Rambaldus juraverat, et quod terras prædictas nulli dedi, vel aliquo modo alienavi. Actum in Campomolo juxta Rivum Caussarum.

Ego Citadinus Sacri Imperij Notarius interfui, et scripsi.

Da Raccolta di carte antiche proprie del Conte Luigi Ottelio di Udine trascritte, e unite insieme senza titolo, e numerazione di pagine, ma con numero progressivo ad ogni documento. N.° 65.

Cas.° di Borgetto 22. 9bre 1816 [illegible]

65

1202. 27. Genn. imperfetto

Pace tra il Patriarca Peregrino e i conti Mainardo ed Engelberto di Gorizia

12.

Ex Capsula Signata Patriarchali

Archivio Capitolare

ab extra

Pax inter comites Gorit. et Pelegrinum secundum

- - - - et individue Trinitatis. Amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter discordia que vertitur - - - - Pelegrinum secundum. et Comitem Meinardum. et fratrem ejus Comitem Engelpertum de Goricia. domino auxiliante - - - - - - terminata est; et pax inter eos firmata. Comites siquidem de Goricia debent habere castrum de Goricia - - - - et ancillas et omni jure ad ipsum pertinente. ministerialibus exceptis et castrum de Mol burch cum omni jure - - - - - illis ab Ecclesia Aquilegensi. in feudum itaque tam masculi quam femine in idem feudum equaliter succedant - - - - - des aliquo tempore sine herede decederent. predictum castrum de Goritia cum omni jure et proprietate pertinente pertinent ad ipsum ... ad Aquilegensem devolvi debent Ecclesiam. insuper omnem tenutam quam pater eorum tempore domini nostri Patriarche in uti habuit. sive juste sive injuste habuerit ipsi habere debent

item Comites presentem expeditionem Tarvisinorum bona fide - in de-

-- pedire debeat: et si non possent facere, vel vitare. quod cum eis equitent, cum triginta ~~tantum~~ vel quadraginta militibus, ad plus --- debet, nec studiose Patriarcham. aut suos offenderes, nec extra expeditionem. a domibus ~~tos~~ aut hominibus eorum in toto. --- hinc inde debet esse offensio sed firma pax utrique debet haberi.

quod non faciet aliquo tempore confederatio nem: aut --- cietatem cum tarvisinis contra eos. ipse ~~eius~~ eis portabit can cem. et comites eis portabunt eamdem cautionem quod contra eum nunquam cum travisinis confederationem facient aut societatem. Est autem hec pax facta non tam pro domino Patriarcha. sed et pro co mite Alberto, pro comite Henrico. et pro omnibus -- Patriarche adjutoribus et pro comitibus de Goricia. et omnibus adjutoribus eorum vassalibus

salvo quod dissensio que est inter comitem Engilpertum et comitem --- per Patriarcham ducem Meranie. et ducem Karinthie amicabiliter finiri debet. sane ad majorem hujus pacis firmationem --- fide prestita. Dominus Wariendus de hohenKKe. dominus Dietricus de ponte vena. dominus Henricus de Cavro na. Dominus Herbordus de ---. Dominus Robertus de Oricano. Dominus Watelpertoldus. D. Duringus de Mels et Dominus Wan nerus de Cugania pro Patriarcha et ipsius --- Comes engilpertus - Dominus Folcherus de Lorenberch. D. Henricus frater ejus. D. Pelegrinus Colagis. D. Conradus de Floiana. D. Ret---- frou

per

per Comite . (.) et ipsius mandato . pacem memoratam jura-
mento firmarunt . Insuper D(ominus) B. Dux Meranie et --
ac -- et comes ~~A~~ albertus . de Tirolo . eandem pacem pro Comite
Mainardo juramento firmaverunt ita quod si ipse Comes ---
nollet servare memoratam Dux Meranie filium suum Patriarche
mittat . et Comes W . de Gran . et comes A . -- ad Patriarcham
venire debet . ab eo die quo a Patriarcha sine dolo requisiti
fuerint . usque ad VI . septimanas nec.... ipsius gratia et licentia
recedent . Statutum est etiam ut si comites ----

infringere Patriarcha id Duci

Styrie . Duci Meranie ; et Duci Karinthie notificare debet . et
si ab eis

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXII pagina
561 . esistenti presso il Nobile Signore Domenico de Portis
di Cividale del Friuli.

F. A. Frangipane

1214. 19. 7bre Compromesso in cui Gabriele di Prata nelle questioni con Federico suo fratello giura di stare alla decisione di Ecellino da Romano ed altri 13.

Anno ab incarnatione Dni. milesimo ducentesimo XIV Inditione secunda in presentia Dni. Absalonis q. Boneti de Plebe Sausis, Wecelli Plebani de S. Stefano Burlani fratris Cizotti de Tarvisio, Henrici filii Gulielmini da Strazico Bartholomei filii qm. Almerici de Salico de Prata, Adalperti de Prata qm. de Plebe Sausis Warligerio de Prata, Oldolrici de Dna. Maria de Sausis Andree Damnascella, et aliorum Dnus. Gabriel de Prata coram Dno. Ezzelino de Romano juravit de omnibus altercationibus, que erant vel esse deberent inter ipsum dnum. Gabrielem, et dnum. Federicum fratrum suum attendere et observare et obedire omnia precepta dicti Dni. Ezzelini de Romano, et Vecellonis de Thodulfo et Ivonis de Prata, et Henrici de Purcardo et Marquardini de Porciliis et quid quid ipsi concorditer dixerint usque ad annum novum proxsime venturum, et addidit juramento quod quidquid supradicti dixerint non teneatur dnus. Gabriel reddere eis ullum malum meritum. Illut idem juravit dnus. Federicus secundum quod supra legitur expressum.

Actum est in campo mollo juxta Sestoima die Veneris XII. exeunte Setembris

L. S. Ego Marcus Joannis Majonus de Portunaone imp. aut. not. hoc instrumentum ex autentico sumpsi scripsi fideliter extraxi, nil addens vel

minuens, nisi punctum, virgulam vel sillabam coram Reverendo Patre et Dno. dno. Bertrando Aquilegensi Patriarcha, presentibus dno. Floriano de Costis de Tarvisio et Bortholomeo qm. Jacobini de Ceneta notariis, quibus omnibus et singulis coram predictis auscultatis dnus Patriarcha suum prestit assensum pariter et decretum.

L. S. ego Florianus de Costis de Tarvisio Imper. aut auct. not. auscultationi predicti instrumenti ex autentico presens cum predicto Marco notario, qui scripsit et exemplificavit, me testem subscripsi signumque meum apposui consuetum.

Veni Storia degli Ezellini
Tom. 3. pag. 156 Doc. 83.

Frangipane

1214 21. 7bre

Sentenza degli arbitri sul compromesso precedente

Anno ab incarnatione dni. mccxiv indictione secunda In presentia Presb. Waltrudi Sancti Amigildi Waltini de Franzamico Dni Alduci de Dulcenico Bartholomei de Surciliis filii Hermizeti qm. de Solico, Odolrici de Scumico Sclaustini de Conegliano, Riccardi de Forminiga Ugonis de Scumico, Marlani fratris Cigolti de Tarvisio Henrici filii Dulcelmini de Stratio, Vidolini de Castilione, Jacobini de Porciliis, Joannis Boni de Ceneta et aliis. Cum lis et contentio inter dnum. Gabrielem de Prata et Fadaricum ejus fratrem super quibusdam capitulis verteretur et nominatim de facto Campi Molli et Faedi dnus Ezzelinus de Romano electus arbiter per dnum Gabrielem, et Federicum ejus fratrem, Vacello de Thodulpho et Ivo de Prata per dnum Gabrielem tantum Henricus de Purzando, et Marquardinus de Purcelliis per dnum Fedoricum electis arbitris ad litem tam decidendam, quam amicabilem compositionem, vel justitiam faciendam. Super his Dns. Ezzelinus verbo et consensu predictorum arbitrum facit supradictum dnum Gabrielem de Prata facere datum et refutationem in manu fratis sui Dni. Fedorici de omni eo quod ipse Dnus. Ezzelinus dicet, et illud idem fecit Dnus. Federicus Dno Gabrieli ibique Dnus Ezzelinus in concordio cum Vecellone de Thodulpho et Ivone de Prata, qui fuerunt per dnum Gabrielem

arbitros electi, et cum Henrico de Brugando et Marquardino de Purciliis qui fuerunt per dnum Federicum de facto Campi molli inter dictos fratres ita dixit et affirmavit: quod à strata que exit de Brugnane et pergit versus Villadoltum, et secundum quod dessignatum est per eandem stratam, et intrat in viam que tendit de Orsaria versus Sacillum usque ad pratum Almerici qm. Dni. Olardi de Purciliis, et ab eodem prato usque ad fossam, que dicitur Sansucarium sec-undum quod designatum est et secundum quod dicta fossa tendit usque ad Postojnam, que est super colle majori de Campo mollo et ab eadem Postojna secundum quod designatum est de super Villam Tajedi, usque ad fossam fontis, qui fons nascitur de super villam Tajedi et a dictis terminis secundum quod designatum est versus meridiem, et versus Villam Tajedi, et Villam Tamai et Orsariam sit in parte Dni. Gabrielis et suorum heredum, et a dictis terminis in superius versus montem, et versus Plebem Lausis Villadoltum, Sacillum, Carolanum, Franzamicum, Roscalatam, sit in parte Dni. Federici, et suorum eredum et omnes Campi quos illi de Orsaria habent in parte Dni. Federici tenent, dimittant Dno. Federico salvis frugibus presentis anni. Verum si aliqui de districtu Dni. Gabrielis vel Dni. Federici postquam dnus. Vecellatus inter eos divisit aliquam

peciam

precam vel pratum fecerunt in dictis partibus, omnino dimitant, salvis tam antiquis pratis antiquorum mansorum. Super etiam litem Taedi dnus. Ezzelinus, et prefati Arbitres sic dixerunt: quod a via que venit a via Pontis Buffoleti versus Pratam, de super bassum Villenove usque ad bassum et a basso illo et a villa illa inferius tantum quod est de Taedo et ab illa eadem via secundum quod designatum est usque ad fossam Aqulee, que fossa intrat in Maronum versus occasum solis habeat et possideat dnus. Medericus, et sui heredes dictas partes, et quod melius sibi visum fuerit, faciat sua autoritate. Et omnes Ville que sunt in suo districtu habeant introitum capulandi, et pascendi in predictas partes dni. Mederici scilicet Campimolli, et Taedi absque dni Gabrielis contradictione, et suorum heredum. Et a predictis terminis secundum quod designatum est totum quod est de Taedo versus Pratam, et versus Medunam et versus Pontum veterem Prate sit in parte dni Gabrielis ita quod dnus Gabriel, et sui heredes habeant teneant et possideant dictas partes, et quod sibi melius visum fuerit faciant sua autoritate absque dni. Mederici contradictione et suorum eredum, et omnes Ville que sunt in suo districtu, habeant introitum capulandi et pascendi in predictas partes dni. Gabrielis scilicet Campimolli et Taedi et dnus. Gabriel debeat defendere ne sui pascant in parte dni. Mederici; idem facere debeat dnus. Medericus ne sui pascant in parte dni. Gabrielis Dnus. Ezzelinus et dicti Arbitres dixerunt, et ordinaverunt quod unus partem alterius deffendere teneatur tantum de Taedo. Et si contigerit quod aliquis

istorum Fratrum de parte Faedi aliqua causa interveniente amisent, alter teneatur ei restaurare in dicto dñi Ezzelini, et predictorum Arbitrorum. Dnus. vero Ezzelinus cum predictis arbitris omnes alias lites, que inter predictos fratres ventabantur, sibi retinuerunt decidendas. Ibidem Dnus. Gabriel et Dnus Federicus eius frater ita attendere et observare, per se et suos heredes, et suos homines per sacra Dei Evangelia juraverunt secundum quod superius legitur. Item firmum et ratum habere, nec aliqua occasione contravenire.

Actum est in Villa Maronis in tageta Romai jurati die Dominico decimo exeunte Septembri.

Ego Joannetus Sacri Imperatoris P. C. leg. F. notarius interfui et rogatus scripsi.

L. S. Ego Marcus Joannis Mujonus de Porta Naone Imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum ex autentico sumpsi scripsi et fideliter exemplavi nil addens vel minuens, nisi forte punctum, virgulam, litteram vel sillabam, et ipsum perlegi coram Reverendo in Christo Patre et Dno. Dno. Bertrando Dia gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, Dnõ. Florentio de Costis de Tarvisio et Barthomeo q. Jacobini de Canata notariis quibus omnibus et singulis perlectis et auscultatis coram notariis suprascriptis idem Dñs. Patriarcha suum prachbit assensum pariter et decretum.

L. S. Ego Florentinus de Costis de Tarvisio Imperiali auctoritate notarius auscultationi predicti instrumenti cum autentico presens fui cum predicto Marcutio notario qui scripsi et exemplavit, me testem subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

L. S. Ego Barthomeus q. Jacobini de Caneta Imperiali auctoritate notarius publicus predicte publicationi et auscultationi presens fui et me subscripsi, signumque meum apposui consuetum

Verci Storia degli Ecellini Tomo 3. pag. 159. Doc. 86

Frangipane

1219. 2 xbre

Il Patriarca di Grado commette ad Artico di Strasso di non offendere la Chiesa d'Aquileja col pretesto della lega co' Trivigiani 18.

Anno Domini MCCXIX. II. die intrante Decembrio Inditione VII. in presentia Varnodi Militis, Robol Militis, Jacobi Militis de Straso, Meynardi Jurati de Joannis, et aliorum. Lanus a parte Dominorum G. (Angeli) Patriarche Gradensis et L. (Leonardi) Plebani Sancti Pauli de Venetiis, D. Artuico de Straso duas litteras predictorum Dominorum sigillis, sigillatas presentavit hunc tenorem habentes: A. Dei gratia Sancte Gradensis Ecclesie Patriarcha et Dalmatieque Primas et L. Sancti Pauli de Venetiis Plebanus, Viro Nobili et discreto Artuico de Straso salutem in eo, qui omnium est salus. Noscat tua discretio nos nuper a summo Pontifice litteras accepisse quarum tenor talis est: Honorius Episcopus servus servorum Dei Venerab. fratri Patriarche Gradensi et dilecto filio L. Plebano S. Pauli de Venetiis Castelane Diecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Sperabamus quod populus Tarvisinus eteque exequentes itaque juxta districtionem nostre obedientie mandatum Apostolicum secundum formam nobis datam, auctoritate qua fungimur tibi inhibemus: ne occasione colligationum quas in preiudicium Ecclesie nequiter diceris fecisse cum civibus Tarvisinis Ecclesiam Aquilegensem

infestare presumas aut eidem subtrahere jura suas sciens quod

si secus facere tentaveris, mandatum Apostolicum aure surda

poteriimus, sicut non debebimus preterire.

De Rubeis – Monumenta Eclesiæ

Aquilejensis Col. 684.

A. Frangipane

[illegible]

1221. 1. xbre — Il Patriarca Bertoldo riconosce il juspatronato sulla chiesa di Louf nel Conte Wilelmo di Louf

In nomine Domini amen. Ego quidem Bertoldus dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha notum esse cupimus universis presentem paginam inspecturis, quod cum lis, et controversia verteretur inter nos, et Aquilegensem Ecclesiam ex una parte, et dilectum fidelem nostrum Comitem Wilelmum de Louf ex altera super Plebe, seu Ecclesia de Louf, in qua Ecclesia tamen minime fatebamur + credentes se jus patronatus, cum idem Comes legitimis, et quampluribus testibus coram nobis probasset Avum suum, et Patrem quondam jus-patronatus habuisse in eadem Ecclesia, et ipso jure usos fuisse, quod etiam ipse Comes debet habere, preterea cum ipse Comes proprio juramento confirmaverit quandam villam jure permutationis pro eodem jure-patronatus Aquilegensi Ecclesie esse collatam, quam nunc Dux Karintie habet ab Aquilegensi Ecclesia, quia nemini in jure suo ~~ejusdem Comitis, et deliberato~~ deesse volumus, nec debemus, cognito jure ejusdem Comitis et deliberato super hoc consilio diligenter, ipsum omni jure suo in eadem Ecclesia quiete de cetero, atque pacifice uti volumus, et concedimus manifeste. Et ut omnia supradicta credantur, et robur obtineant perpetue firmitatis, hanc presentem cartulam inde scribi fecimus et jussimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Aquilegiam in coro Aquilegensi Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimo primo Kalendis decembris. Indictione nona. In presentia rogatorum testium Conradi episcopi Tergestini, Conradi Aquilegensis Canonici, dietrici de Fortebono, Johannis de Portis

Ex archivio

Ex Archivio Capituli Civitatensis — A — N.o 108 —

Da foglio volante presso il Sig. Co. Michele della Torre Canonico di Cividale

Cas.o di Porpetto 17. 8bre 1816.

Frangipane

1223. 8. agosto

Bertoldo Patr. termina le discordie tra Zapoleto e Corrado di Sacile da una, e .... Scotto dall'altra.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio, octavo die intrante Augusto Indictione XI. Dominus Zapolcri et Conradus de Sacilo ex una parte, et Dominus ...... Scottus ex altera in presentia Domini Bertholdi Aquilegensis Patriarche constituti, super omnibus litibus discordijs, et controversijs, seu odijs et inimicitijs quas in simul, et inter se habuerunt, et habebant vel habere videbantur usque ad presentem diem, juraverunt mandatum ejusdem Domini Patriarche unum et plura sine omni tenore, ita quod ipsi obedire debeant eidem Domino Patriarche in omnibus mandatis seu preceptis eis ab ipso faciendis sine dolo, et fraude super omnibus litibus, discordiis, controversiis, et odiis, seu inimicitijs supradictis. Qui videlicet Dominus Patriarcha in continenti deliberato consilio, salvis omnibus alijs mandatis, qui preterea eis duxerit faciendum, precepit eis per sacramentum sibi prestitum, quod se in signum pacis osculari debeant insimul, et firmam pacem habere, et servare inter se, tam per se, quam per domos eorum et omnes personas eis subjectas bona fide et sine fraude, et loqui sibi ad invicem benigne, et caritative debeant de cetero, et quicumque ex predictis violaverit, quod Deus avertat, dictam pacem, et non servaverit eam incorruptam tam per se, quam per alias sibi subjectas personas aliqua occasione nomine pene teneatur solvere Domino Patriarche duo milla librarum Veneciarium et omnes res, et possessiones, quas habet, vel habebit in loco Sacili, et districtu suo debent libere, et absolute cedere, et evacuare

ipsi

ipsi Domino Patriarche, et per ipsum Aquilegensi Ecclesie in per:
petuum sine alicujus vel aliquarum personarum contradictione.
Insuper statutum est quod si aliquod damnum fuerit, datum eis,
vel hominibus suis inter se per suas aliquas bestias, vel per
homines suos, quicumque damnum sustinuerit, si non poterit ami:
cabilis compositio fieri inter eos super ipso damno dato, nullam
inde vindictam debet assumere sua auctoritate, sed conqueri de:
bet Potestati, qui fuerit in Sacilo pro tempore per Dominum
Patriarcham, et commune Sacili, et coram eo justitiam recipere
et si coram eo non posset deffiniri, debeat perduci causa, et defi:
niri per Dominum Patriarcham, ita quod is qui damnum susti:
nuerit, nullam inde propria auctoritate debet ~~summere~~ summere, ulcio:
nem, et quicumque contra hoc statutum et mandatum fecerit,
quod Deus avertat, cadat in eandem penam que supradicta est.
Hec statuta, et mandata facta scilicet per Dominum Patriar:
cham, salvis omnibus aliis mandatis, si qua preterea aliquo tem:
pore eis duxerit facienda, et pro his omnibus observandis de
pena dederunt vadiam Domino Patriarche. Fidejussores Otto:
nis extiterunt Albertinus de Montereggali, Henricus de Pulci:
nico Wolricus de Capoliz, et Scottus fidejussores Scotti, Otto,
Wolricus de Zapolicho, et albertinus de Valdecroda fidejussores
Zapoleri Azicon de Valdecroda, Rodulfus Gastaldio de Maniaco
Henricus Longus, Albertinus, et Lotefredus de Barro, et ibidem
fecerunt datam et refutationem Domino Patriarche de
omnibus

omnibus possessionibus supradictis, si quis eorum ceciderit, quod Deus avertat. Testes Archidiaconus Wigandus Prepositus Sancti Odolrici, Presbiter Jurlanus, Leonardus de Utino, Mattheus de Rivarotta, Johannes de Portis, M. de Brulla vaca. Wernerus de Meduna, Rodulfus de Aveis, Otto de Cirro frater Maynardi, Ebruinus, Morandinus Notarius, Caroli Notarius, et aliorum. fidejussores Conradi Zapolevi, Albertinus de valdecrosa, et Rodulfus de Manzaco.

Ex archivio Capituli Civitatensis B. N.o 254

Da foglio volante presso il Sig. Conte Michele della Torre Canonico di Cividale

Cas.o di Porpetto 17. 8bre 1816 Franjipane

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1229. 4. Luglio — Bertoldo Patriarca investe Mastro Waltero Scutario di una casa in Cividale verso la corrisponsione di due selle da cavallo ad ogni ingresso di un nuovo Patr... 21.

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo ducentesimo vigesimo nono, quarta die intrante mense Julio, indictione secunda. Presentibus Dominis Conrado Conrado Gisoeno Forzestino, Conrado Segretario Vicedomino, Walfredo de Puresimo Johanne de Ofiso, Hermano de Trajo, et aliorum. Dominus Bertholdus Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha investivit Magistrum Walterium Scutarium eiusque Liberos et heredes et omnes ex eo descendentes in perpetuum de quadam domo sita in curia Patriarchali ante Solarium Civitatensem, que domus firmat cujcud in una parte in domum Magistri Johannis Fabrij; in alia parte in stabulum Domini Patriarche cum Curia eidem domo pertinente cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus, et egressibus suis usque in via publica solvente tamen predicto Domino Bertholdo Patriarche Aquilejensis ecclesie eiusque successoribus cum primo in Patriarcatum venerit unam bonam Sellam Palafredi, et unam bonam Sellam Dextrarij nomine pensionis eiusdem domus et curie sicut nunc possidet. Et ego prenominatus Walterus omnia ...suila predicta et inter nos conventa pro me meosque Liberos et heredes attendere et servare, predictamque pensionem ut est

dictum vobis vestrisque successoribus bona fide et sine fraude solvere promitto

Actum in Civitate Austriæ in Capella Patriarchali feliciter

Ego Conradus Imperialis Aulæ notarius interfui et hanc Investituram jussu Domini Patriarchæ scripsi et ~~roboravi~~ corroboravi.

Huic Instrumento et Investituræ pro majori fidei adhibitur sigilli nostri munimine hoc instrumentum jussimus insigniri

Da copia fatta per mano del Sig. Co. Michele della Torre Camino di Cividale dalla pergamena esistente nell'archivio de' Signori Boiani di Cividale, segnata N.° 8. 1229. 6 Luglio — 4 Xbre 1806.

Cas.° di Porpetto 17. agosto 1816.

Frangipane

'hi
tum
zes ore
q̃t nys.
m
'thi o
sis uit
to
pe.
In
mat
ce
n
v
rer
nunc
in
m
n
re
vhj.
e Josa
nel
nj
'st
nt num
in

la mihi
ut testes
ve singul
est.
to in Chri
osacensis
item re
num tenet
entibus
xamines

Notario
ndum
gittatim
alet in
Rosario
Die martij
entum
luit ave
----
cantum
pertine
spondebat
et in

1234 31. marzo — Esame di testimonj per contesa sulla Chiesa di Rozzolo, dove molte particolarità sulla prigionia del Patriarca Voldrico, ed altre cose del tempo. 22. 1.

Dominus Bertoldus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha mihi Wolrico de Porte Civitatensis canonicus dedit in mandatis ut testes domini L. Abbatis Rosacensis pro ecclesia sua oblatos audire singillatim ... diligenter examinarem quarum litterarum tenor hic est.

B. Dei gratia Sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha dilecto in Christo filio Wolrico Civitatensis canonico salutem ... ---- Rosacensis in causis quibusdam ecclesie sue ad probandam rei veritatem testes habent ydoneos quos ----- earum eavundem terminum timet ex senectute deficere. Ad cautelam igitur tibi damus presentibus in ----- quoslibet audias sigillatim et dicta eorundem examines diligenter.

Igitur recepto mandato. Assumptoque michi socio Martino Notario de Utino, ad locum ubi testes erant quos --- ad testificandum adduxerat ! eos in ratione feci districte ------ quelos sigillatim seorsum examinans dicta prefati notarii conscribi feci ut patet inferius in hac carta. Actum est autem hoc in capella de Rosazo -- domini M CC XXXIIII indictione VII ultimo die marcii.

Dominus Artuinus de Nemis juratus et interogatus per sacramentum dixit. Quod recordatur q ----- Wodolricus captus fuit a venetis apud gradum et adductus venecias ipse tunc erat su---- serviebat prope persone sue. et ex eo tempore et ante quantum poterat recordari. recolit et scit quod. ---ri de Rozolo. pertinebat Ecclesie Rosacensis. et ei in omnibus tanquam filia respondebat et in

et quodcumque --- ecclesiam . et ab ecclesia tenuit Rosacensis . et exor
de respondendo . Interogatus si scit . quod aliquis . fe --- de ipsa capel
la eam sibi vindicando . Respondit quod nescit nec audivit . interro
gatus si scit quot annos . h --- de quocumque tempore recolit scit
quod dicta capella pertinuit prefate Ecclesie Rosacensi .

Mainardus de Tresesimo juratus et in testimonio per sacramentum dixit
quod quondam Patriarcha Woldoricus primo introitu jor ----
hospitatus fuit in trisissimo . juxta cimiterium in bagharsio cujus
dam militis nomine Arnolti . quod bagh ---- Wargendus ru
sticus a domino Petro de Attens . et ipse tunc erat cum alijs pue
ris coram dicto Domino Patriarcha . et ex eo tempore recolit ipse
quod capella sancti Helarii de Rozolo pertinuit . et pertinet ecclesie
Rosacensis . et quod eam tenuit --- plebanus de Terzento , usque ad
mortem suam ab ecclesia Rosacensi . mortuo vero domino Gun .
comisit eam dominus --- domino Juan prestitero . interogatus
si scit quod aliquis umquam movisset questionem de ipsa capella
ecclesie Rosacensis respondit ---- dare . interogatus quod ei
notum sit de ecclesia Sancti Bartolomei de Agra . Respondit
quod audivit et verum est quod dominus Waltherus et dominus
Hezelo nobilis viri de Lusiniaco contulerunt eandem capellam cum
omni jure eccl ---- scit quod a . L . x . annis retro ecclesia
Rosacensis . tenuit dicta ecclesia Sancti Borthulomei in pace et
quiete usque ---- . . . .

mor

Martinus de Reyana de muretinis juratus et interogatus per sacramentum dixit quod scit et recolit quam Patriarcha Wodalric....... di primo introivit terram istam factus Patriarcha quod tunc ecclesia Rosacensis habebat et possidebat capellam sancti Hellari de ... ab illo tempore tenuit eam ... habuit et tenuit ab ecclesia Rosacensi. Interogatus qui sacerdotes tenuerant eam dixit quod ... sacerdos tenuit eam et post illum dominus Gunterus de quo ... plebanus de Percento. Postea dominus Joan sacerdos nunc pos... dominus Gunterus. Interogatus sii quantum temporis de hoc scit. Respondit quod nescit bene recolit de tempore quando dominus Mathias de ... fuit in civitate et ductus captivum ultra Liquentiam. et quando Patriarcha Wodolricus captus fuit a Venetis et ... de captivitate per suos in uno vase. et a temporibus illis nescit quod aliquis usque nunc moverit questionem super ... ecclesie Rosacensi excepto quod audivit dici quod dominus Hanricus de Glemona prepositus semel moverit quest..... sed non potuit eam vincere.

Daniel de Rozolo juratus et interogatus per sacramentum dixit quod bene recolit quando primo dominus Patriarcha Wodolricus filius com... terram istam. et ab eo tempore recolit quod capella sancti Hellari de Rozolo pertinuit ecclesie Rosacensi et ... per ecclesiam Rosacensem et bene recordatur quod dominus Gunterus tenuit eandem capellam per L annorum et ... post illum dominum Joan... sacerdos eodem modo et nunc etiam tenet dominus Gunterus quem nunc est et dixit quod sacerdos di... hactenus et benedicit ramos olivarum in

in dicta Ecclesia omni anno et habuit hactenus judicium .... que fri=
gide et baptismum quem vult nec per his vadunt ad plebem vel alicubi
nisi sponte sua velint in .... Bartholomei de agra respondit et dixit
quod Ecclesia Rosacensis habuit et tenuit dictam Ecclesiam in pace et
equitate ---- et nunquam fuit mota questio de ipsa nisi modo.
Hadalgerus de Valle juratus et interogatus per sacramentum dixit quod
audivit a Patre suo quod olim cum dominus imperator Romanus per
... in Lombardiam super Mediolanum quidam dominus Bertholdus
nobilis homo de Rozolo in cujus manso dictus pat---ivit ad eun=
dem exercitum et ibi manum amisit unde post redditum suum de exer
citu edificavit --- Hellari in Rozolo super suum proprium in quo
et ipse dominus Bertholdus residebat qua edificata tradidit ... et
septem mansos de suo proprio cum omni jure Ecclesie Rosacensi ipse
tamen remansit quamdiu vixit super .... mortem vero ipsius omnia
ista: scilicet capella et mansi remanserunt libere in potestatem Ecle
sie rosacensis quod pater suus dicebat. de se autem dicit quod bene recor=
datur quando Patriarcha Wodolricus primo intravit terram ... te
etatis et discretionis quod bene cognoscebat et bonum et malum et scit
quod ex illo tempore ecclesia rosacensis --- tam capellam in pace et
quiete sine litigio excepto quod ex auditu intelexit quod Dominus Hen=
ricus de Ulemon --- movisset ... verbum sed nichil fuit factum.
Item dixit quod quando fuit litigium inter istum Plebanum dominum ---
et dominum Abbatem Leonardum coram preposito Sancti Stephani de
predicta capella ipse fuit vocatus Aquilegiee -- et dixit ista que
nunc

nunc dicit. Recordatur etiam quod dominus Johannes de quals. et dominus Gunterus post eum, et dominus jua..... iste Gunterus sacerdotes semper tenuerunt dictam capellam ab ecclesia Rosacensi. de ecclesia Agranich...

Dominus Henricus de .... juratus et interogatus per sacramentum dixit quod recordatur et scit quod ecclesia Rosacensis habuit et ..... in pace et quiete. LXX annos et plus et recolit quod prepositus de varten boch habuit plebem de ..... dominus Wodolricus Archidiaconus Aquilejensis et post illum filius domini Hanrici de Glemona pro tempore ..... dici quod mota fuisset questio de dicta capella. Recolit michi bene de Patriarcha Pelegrino quin fuit P..... Wodolricus et successit ei: ipse erat bene XXX annorum. cujus tempore transfectavit ad subsidium terre ....

Guidus de curti vetere juratus et interogatus per sacramentum dixit quod bene recolit et erat magnus juvenis quando Patriarcha ..... Vincentinus vivebat. et recolit michi quod post eum introivit Patriarcha ~~Wolo~~ Wodolricus filius comitis Woltradi ..... et marchionem de Ysent. qui vocabatur Wodolricus quia sepe introibat curiam ejus in Ysent. unde dicit quod ..... tempore illo pertinebat ecclesie Rosacensi et quicumque habuit eam habuit usque nunc per ecclesiam Rosacensem. supradictus mortuus fuit ipse erat tam magnus quod poterat habere filios. et dicit quod ceteris est..... recor..... dicta capella pertinet et subservit ecclesie Rosacensi. f. de capella de agra dixit se nichil scire.

Martinus sacerdos de Valle adjuratus in virtute spiritu sancti et per verum

et

et sanctam obedientiam quocirca U ----- interrogatus dixit quod ni-
chil scit super capella de Rozolo quod valeat huic questioni et dixit quod
bene recolit ------ annum. quod ecclesia Rosacensis tenuit capellam de Agra
in pace et quiete. et nunquam scit quod aliqua questio ------

Hartvicus de Verniaco iuratus et interogatus per sacramentum dixit quod
scit quod vivente Patriarcha Wodolrico. capella de ro ----- seu
pertinebat ecclesie Rosacensi. et ipse tum erat bonus puer grandi-
usculus et veniebat sepe cum p ----- capellam cum Domino Gualte-
ro qui regebat eam et rexit quamdiu vixit per ecclesiam rosacensem
dixit etiam quod --- Hanricus de Glemona Plebanus de tricesimo
voluit movere questionem de dicta capella sed postea ---- de eccle-
sia sancti Bartholomei de Agra. quanto tempore tennevit eam
ecclesia rosacensis. Respondit quod bene ----------ginta annos
quod ecclesia Rosacensis eam tenuerit usque nunc sine ullo questione.

------------ de Montenaco iuratus et
interogatus per sacramentum dixit quod recolit. quod ecclesia Rosacensis
habuit. et tenu ------------------ sancti Bartholomei de Agra.
per XL annos. et plus... et quod dominus Andreas, et Dominus Iaco-
bus de Ripis. et rapit -------- tes habuerunt et tenuerunt dictam
capellam ab ecclesia Rosacensi in pace et equitate. per. XL annos et
plus. et ad he--------

---------- rsinus Decanus de Gvalteto. iuratus. et inte-
rogatus per sacramentum dixit quod ab omni tempore quod recordatur scit
quod capella de Rozolo per t----- sacer. nec scit quod aliquis
unquam eam tenuerit nisi ab ecclesia rosacensi. interogatus si
scit

scit quando Patriarcha Wodolricus int . . . . . non recordatur . sed recolit quando dictus Patriarcha fecit destrui castrum Domini Herbordi de Porcistagni . et tunc temporis - - - - quam secabat prata . dixit etiam quod recolit quando Dominus Mathias de sorf . . . . . . - - it quod audiebat vagi - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Lazarus de Cassaco juratus et interogatus per sacramentum dixit quod bene recolit - - - - - - - - - - in omni lite . - - - - - - per xL et plus

Ego Mart - - - - - - - - - cii notarius interfui ubi sup - - - - - runt - - - - superius legitime deposuerunt et bon - - - - - - - - vi

ab extra

. . . Selano . juratus . et interogatus per sacramentum dixit quod recordatur . quod - - - pore abbatis Rodulfi quem vidit et - - - - Martinum cui Martino postea successit Abbas Walconus et post illum successit - - - - - - - - - abbatis qui nunc est - - capella de Rozolo pertinuit ecclesie Rosacensis et quod pertin - - - - - - - - audivit . et ita - - - - - - - - et nunquam audivit quod aliquis de ipsa moveret questionem - - - - - - annos ecclesia Rosacensis tenuerit eam respondit quod plures quam per LXX annos .

- - - - - - - Selano . iuratus . et interogatus per sacramentum . dixit quod recordatur bene quod ecclesia Rosacensis tenuit capellam de Rozolo - - - - - - - - le quod nunquam audivit quod aliquis movisset questionem super ipsam

- - - - - ami . de Gallano clericus juratus . et interogatus per juramentum

dixit

8

dixit quod bene scit et recolit - - - - et ultra capellam sancti Helari De Rozolo pertinuisse ad ecclesiam ro - - - - - - cumque tenuit eam tenuit ab Ecclesia Rosacensi. Dixit quod bene recolo quod - - - - - attens vivent et de obsidione mediolanensi quam fecit imperator - - - - de introitu Patriarche Wodolrici quando primo factus est Patriarcha

ab altera manu

- - - - - - res testium super capellam sancti Helari de Rozolo pertinentem Abbascie Rosacensis

In nomine sancte et individue trinitatis. amen. Nos Pertholdus dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha. Notum fieri volumus universis ad quos scriptura presens pervenerit quod cum inter dilectos filios Leonardum Abbatem Rosacensem ex una parte et W. Plebanum de tricesimo ex altera questio verteretur super capellam de Ruzolo, et Ara, nos eandem causam comisimus W. filio S. preposito Sancti Stephani sine debito terminandam de voluntate ipsius, et consilio predicti Abbatis et plebani coram ipso litigant - - - compromiserunt in arbitros videlicet R. decanum Justinopolitanum et Guidericum de Montenaco subdiaconum hoc modo. Ut ipsi sive - - - - - - - - - - - - - - - - - instrumento publico continetur cujus tenor talis est. Noverint universi ad quos - coram Domino Johanne preposito sancti Stephani a domino Patriarcha iudice Delegato inter Dominum Wincinarum plebanum - - tricesimo - - - ex una parte et Dominum - - - - - - Rosacensem abbatem respondentem nomine Ecclesie Rosacensis et altera super capellam sancti Helari

De

de Buzolo et capellam sancti Bartholomei de Agra. tandem ad voluntatem
et exortacionem dicti Johannis judicis partes in nos videlicet. Ricardum
decanum Justinopolitanum et Gwidum de Montagnaco subdiaconum tamquam
in arbitros sub pena .C. marcarum se obligantes et sibi ipsis amicabiliter
compromiserunt ut nos alegationibus, et pro petitionibus partis utri-
usque de plano auditis et examinatis arbitrium - - - sive senten-
tiam super eadem causa secundum quod Deus inspiraret facere de-
beremus. Requisitus itaque dictus a nobis Wirinarus de suo ju-
re respondit dicens prelibatas capellas ad ecclesiam suam de Tricesimo
pro eo de jure communi spectare debere quia intra limites et con-
fines dicte ecclesie sive plebis sue de Tricesimo continentur incluse
nec per speciale privilegium dicebat eas esse exemptas; e contra
dictus dominus Leonhardus Abbas prescriptionem opponens responde-
bat monasterium Rosacense cum omni - - - - - - - -
- - - - illos per septuaginta annos et ultra pacifice possedisse
quod per idoneos testes probare se velle et posse constantissime affir-
mabat cui ex adverso dominus Plebanus ante XXV annos per
antecessorem suum dominum Henricum de Cemona tunc ejusdem ec-
clesie Plebanum et per se ipsum postea - - - - - - - - legitime
fuisse factam allegabat licet eandem coram nobis non probaverit
que etiam probata nulla fuisset nam et si XXX annorum
interruptionem quod non credimus probare potuisset plebanus ni-
chilominus quieta et pacifica quadragenaria prescriptio Rosa-
censis Monasterii et ultra processerat quondam dictus dominus Ab-
bas sive ecclesia Rosacensis poterat se tueri ut ex attestationi-
bus

bus et testimonio plurium bonorum virorum juratorum testium qui ad mandatum et commissionem dicti domini Bertholdi Patriarcha Wolricum de Ponte Civitatensis Canonicus et super hac causa recepti fuerant nobis evidentissime patuit. Visis igitur hiis et aliis allegationibus et rationibus utriusque partis et plenius cognitis, et quia partes supradicte plenam nobis arbitrandi sive sententiandi contulerunt potestatem. Nos presentibus partibus - - - de consilio sapientum et prudentum virorum tam de jure quam de arbitrio nostro predictas capellas cum dotibus decimis et quartesiis novem mansorum et dimidii et aliis quibusdam pertinentiis et juribus sive rationibus suis monasterio Rosacensi supradicto adjudicamus arbitrando simul et sententiando et idem monasterium ad impetitionem dicti Plebani absolventes sibi et successoribus suis perpetuum super hac causa imponimus silentium ex nostro quolibet arbitrio et sententia statuendo ut si dictus plebanus vel aliquis successorum suorum suo nomine vel ecclesie de Tricesimo super prefatis capelis de Kurolio et agra ecclesie Rosacensi vel alicui Abbatum in ea pro tempore existentium amplius moverint questionem exinde ipsi ecclesie Rosacensi de pena C marcarum solvenda sicut compromissum fuerat teneatur, qua soluta eidem arbitrium sive sententiam nostram per manum Martini notarii scribi fecimus, et autentice roborari. Actum anno domini M·CC·XXIIII indictione VII octava die exeunte octobre in ecclesia sancte Marie de Tercesimo in presentia domini Wolrici de Prata et cardamoni Canonicorum Civitatensium domini Petri de Pitens Super

ri de zumpica beneti de Utino et aliorum. Cum vero dictus Abbas in-
strumentum publicum ostenderet nobis quod arbitrorum sententiam conti-
nebat et ea a nobis peteret confirmari. nos ejusdem confirmationem
distulimus donec prefati plebani de tricesimo sciremus plenius volun-
tatem, quam ipse nobis aperuit per instrumentum publicum in hunc mo-
dum. Anno Domini MCCXXXIIII. indictione VII. XII die
exeunte Novembre presente Domino bonetto de Utino et Vithinugio de
Welias et Corifen et alii Dominus Wincinarius, Camerarius Aquile-
gensis et plebanus de tricesimo recepit litteras Domini Bertholdi
venerabilis Aquilejensis Patriarche per quas inquirebat utrum arbi-
trium quod reverendissimus decanus justinopolitanus Guidorinus de Mon-
tenaro subdiaconus tulerunt super causa que inter ipsum vertebatur ex
una parte et Abbatem Rosacensem ex altera super capellas de Ruzolio
et cetera ratum et firmum vellet habere vel non, ipse vero per hoc
publicum instrumentum respondit quod tam pro se quam per suos suc-
cessores et per suam Ecclesiam secundum quod promiserat arbitrium
sive sententiam que super eadem causa ab arbitris lata fuerat ratum
et firmum habebat et tenebat et quod eidem liti per se suosque suc-
cessores perpetuo cedebat, et quod de voluntate sua plene erat quod
modo Dominus Patriarcha latum arbitrium sive sententiam prout
melius Rosacensi Ecclesie videret expedire confirmaret. Actum in ve
Tanrach in camera dicti Domini W. Plebani. Ego Martinus sacri
palatii notarius ex mandato dicti Domini Wincinari suprascripta
scripsi et coroboravi habito ejus assensu partis

delegatorium quorundam judicum Domini pape super eadem causa vi-
delicet. Artusci prepositi Sancti Stephani et Henrici Decani Sancti
Felicis quibus clause signateque erant attestationes que sufficientem
probabant perscriptionem allegatam pro Monasterio Rosacensi: de
voluntate consilio et consensu Aquilegensis Capituli ad petitionem dicti
Domini Abbatis sententiam latam à dictis arbitris super capellas
de Ruzolio et Agra superius nominatis cum suis pertinentiis sicut
superius et in instrumento publico continetur auctoritate qua
fungimur per nos nostrosque successores confirmamus predicto ple-
bano de Tricesimo suisque successoribus super prefata causa per-
petuum silentium imponentes. Ut aut quod pie et juste conces-
simus inconcussum et inviolatum omni evo permaneat Abbatem
Rosacensem et ejus monasterium ab omni impetione que imposte-
rum inde fieri possit contra ipsum Abbatem et ejus Monaste-
rium penitus absolventes omnia supradicta per martinum nota-
rium fecimus roborari. Actum anno M.CC.XXXIIII indictio-
ne VII tertio die exeunte Novembri apud manzanum in came-
ra nostra in presentia martini Aquilegensis Canonici et Domi-
ni jacobi Plebani in Terzento Magistri Beringerii scriba
ejusdem Domini Patriarche Domini Conradi de Castilier Ulach de
Attens Henrici pincerne conradi de Verdoy Wichardi de Utino
Wilchini ----- inuseri et Leonhardi de Welias et aliorum
Ego martinus sacri palatii notarius omnibus his et superius

dictum

dictum est interfui et ex mandato dicti domini Patriarche scripsi et co-
roboravi

------ Dictus filius ---- de zivacho civis Civitatis Austrie
publicus imperiali auctoritate notarius ex comissione michi facta
per spectabilem Gastaldionem et judicium Civitatis Austrie ut su-
prascriptum exemplum una cum egregio ser Julcherio notario
auscultavi ex certo libro autentico Abbacie Rosacensis extractum scr.
et rogatum manu quondam Martini notarii et quia de verbo
ad verbum concordare inveni cum originali in ipso libro autentico prefato Abbacie Rosacensis. Ideo in fidem premissorum me
subscripsi appositis signo nomineque meis consuetis

Ego Julcherinus quondam nobilis viri ser Francisci Zani de Brunileschis de Spegnimbergo publicus imperialis auctoritate notarius
civis et habitator Civitatis Haustrie ex comissione michi facta
per spectabilem Gastaldionem et judicium Civitatis Haustrie ut su-
prascriptum exemplum una cum egregio --- ser Julcherino au-
scultavi ex certo libro antiquo Abbacie Rosacensis extractum, scrip-
tum et rogatum manu quondam Martini notarii et quia de verbo
ad

ad verbum concordare inveni cum originali in ipso libro autentico prefate Abbacie Rosacensis. Ideo in fidem premissorum me subscripsi.

a manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense – Tomo XXVIII. Pagina 1. letera A. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1226. 6. agosto Emma e suo figlio Paolo cedono a Corrado Bojano rispettivo lor genero e cognato un maso in Braziano spettante al maestro della capella Patriarcale, ed il Patriarca investe infatti di esso maso il detto Corrado ed Albertina sua moglie.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Anno domini Millesimo CC. vicesimo sexto indictione nona sexta die intrante Augusto. In presentia Rodulfi de Savorniano Wolrici de Lucarnia, Iovinaz de mels, Hermanni de Portis militum Wolrici de Butinico patrui quondam magistri Wolrici de Butinico, Bertoldi filii supradicti Wolrici et aliorum plurium. Domina Hemma una cum filio suo Paulo pro se eorum heredibus resignaverunt unum Mansum situm in Villa de Brazano, qui regitur per Marquardum, et spectat ad Magisterium Capelle, quem habebant ab Ecclesia Aquilegiensi, et ab ipso Domino Patriarcha, quem dederunt Corrado dicto Bojano, et Albertine uxori ejus in dotem deprecantes ipsum Dominum Patriarcham ut ipsos, videlicet Corradus Bojanus et Albertinam jugales de dicto manso investiri deberet, qui ibidem eos de dicto manso investivit, salvo eo quod si dicti jugales decederent sine communibus heredibus, qui superstes fuerint debent habere in vita sua, post mortem vero ipsorum debent cadere dicto Paulo suisque heredibus, salvo eo, quod sepedicti jugales teneantur facere officium capelle in curia Domini Patriarche ipsi et eorum heredes pro sepedicto manso, et si Paulus decederet sine heredes quod sepedicti jugales debeant habere supradictum mansum et omnes, et omnes terras quas ipse habet spectantes ad supradictam Capellam, et tunc deinceps teneantur servire in Capella Domini Patriarche pro omnibus supradictis,

et

et hybidem supradicti jugales pro se suisque heredibus per stipulationem dictum officium facere promiserunt; et sic dedit eis supradictum Bertoldum in nuncium, qui eos poneret in tenutam, et corporalem po ses : si .. e nem .

Actum in Civitate Austriae in capella sancti pau li ni ego Hen ricus im peri a lis aule no tarius interfui, et ro ga tus scripsi, et autenticavi.

Ex Autographo apud Nobiles Bojanos Civitatenses

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium = Tomus I. pag. 27. Carolus Fabricius collegit, et descripsit. - in casa Fabrizio

Castello di Toppetto 1. 9bre 1818.

Frangipane

Novem ti:
issionem
esuc bi
n Man, re
im si:
ma n:
indum in:
excep:
t solve
qui: lu:
cle re
uirni: n
natri:
ascrip
li: is
refacta, al
nsit
rovef ce
ri ri:
ejensi
af pe bi
casione
ersone
in

ne Xlevem

im [illegible]

emissionem

des et suc

sancti Mau

omum si

cortina

secundum

stit excep

libet solve

m signi

dicte

s promi

is fratri

infrascrip

bus ali

a prefata

romisit

cessores

copi

vilegensi

c, et pe

occasione

persone

in

Anno Domini millesimo CC·XXXVIII indictione XI die XIII exeunte mense Novem-
bri · presentibus infrascriptis dominus Bertoldus filius quondam domini [illegible]
ri de Tricano per remedio anime sue et suorum parentum et in remissionem
peccatorum suorum dedit concessit et contulit per se et suo heredes et suc
cessores perpetuam libertatem cortine que est circa Ecclesiam Sancti Mau-
ri de Tricano ita quod quicumque habuerit in ipsa cortina domum si-
ve cellarium amodo sit liber cum omnibus bonis que in ipsa cortina
habuerit ab omni exactione et gravamine cujuslibet persone secundum
jus et usum cujuslibet cortine libere que in Foro Julii consistit excep-
to quod pro qualibet passo in anteriori parte sui cellarii quilibet solve
re debeat annuatim in Festo Sancti Mauri unum denarium Aqui-
legensem prefate Ecclesie ad illuminandam ipsam, et in aliis dicte ec
clesie utilitatibus. Insuper memoratus Dominus Bertoldus promi-
sit cum suis bonis redimere omne jus quod aliquis de suis fratri-
bus sive nepotibus habet in territorio prefate cortine sub infrascrip-
ta pena renuncians omni exceptione juri et auxilio cum quibus ali-
quando ipse Bertoldus sive ejus heredes vel successores contra prefata
liberalitate possent facere vel venire occasione aliqua. Et promisit
jam dictus Dominus Bertoldus per se et suos heredes et successores
per stipulationem in manu Domini Gerardi emonensis episcopi
et Aquilejensis Ecclesie canonici pro se et capitulo Aquilejensi
stipulantis omnia supradicta semper firma et rata habere et te-
nere, nec per se nec per aliquem contravenire aliquando occasione
aliqua vel exceptione. Sed prefatam libertatem cuilibet persone

in

in dicta cortina permanenti ab omni persona, et universitate defendere legitime autorizare, warentare, disbrigare et perpetuo mantenere sub pena C. Marcarum boni et puri argenti capitulo Aquilegensis suprascripto componenda et pena soluta memorate cortine libertas, et omnia supradicta semper firma et rata permaneat. Ad hoc memoratus Dominus Bertoldus statuit annuale forum fieri in prefata cortina in die anniversaria consecrationis supradicte Ecclesie dans perpetuam libertatem et securitatem et tutelam cuilibet perpetue ad ipsum forum convenienti in veniendo, stando, et redeundo a prefato die usque in festo sancti Marci per totum diem, et si aliquis per violentiam aliquid de suis bonis infra hoc tempus in dicto foro amiserunt, Jamdictus dominus Bertoldus totum eidem ~~eide~~ reficere, et resarcire promisit. Actum in prefato Castro presentibus presbitero Michaele de Ruzala presbitero Losso de Matrice. Domino Wolcherio fratre dicti domini Bertoldi. Dietrico et Rodulpho ejusdem Domini Bertoldi nepotibus. Adalpretto et Peregrino filiis quondam Domini Warnerii de Pricano, et aliis omnibus testibus rogatis.

Ego Johannes ~~[illegible]~~ aule notarius interfui et rogatus scripsi

Da manoscritti ~~del~~ di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXIII pagina 55 N.° XXXIII. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Frangipane

1243 30. 8bre Bertoldo Patr. conferma all' Ab di Belligna un Privilegio da Pellegrino Patr. concessogli l'anno 1173, che per esteso è trascritto. 22

Hoc est exemplum sumptum ex autentico ejusdem privilegii, cujus tenor de verbo ad verbum talis est.

Bertoldus Dei gratia sancte Aquilejensis sedis Patriarcha. Universis fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Dilectus in christo filius Vecello Abbas Monasterii Beliniensis in nostra presentia constitutus Nobis humiliter et cum instantia suplicavit, ut quodam privilegium felicis memorie Peregrini Patriarche, Precessoris Nostri olim Monasterio Belliniensi concessum innovare misericorditer dignaremur; ipsius igitur suplicationibus, que justitiam sapiunt, et continent equitatem grato facientes assensu idem privilegium, cujus tenorem seriatim fecimus presentibus annotari de certa scientia innovamus ipsum per Nos, et successores nostros ratum et inviolabiliter in perpetuum habiturum, tenor cujus noscitur esse talis.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Pelegrinus Dei Gratia sancte Aquilejensis Ecclesie Patriarcha. Dilecto in christo fratri Fringo venerabili Bellinensi Abbati, ejusque successoribus in perpetuum. Quoniam Ecclesie Dei curam gerendi onus suscepimus, eam provehare et augmentare omnimodis intendimus, quatenus spe superne remunerationis super comisso Nobis talento Nos aliquid lucri addidisse gaudeamus in futuro. Ea quippe de re speciali querimonie Abbatis de Bellenia et fratrum suorum super Engelperto de Gorizia eo quod Gastaldiones sui injustis placitis, et hospitationibus, atque angariis, et exactionibus variis homines eorum affligunt, et bona ipsorum supra id, quod jus advocatie exigit plus immisericorditer ab eis extorqueant, consulimus eis, inter duo mala minus eligere, et adversis eventibus finem dare. Igitur ad compescendam hujusmodi querimoniam ex consilio Nostri Capituli, et convenientibus clericorum, et ministerialium Nostrum ex consensu prefati comitis, et in

presentiam

presentiam supradicti cum suis fratribus triginta duos mansos jam dicto dederunt eo pacto, ut inde integraliter totam advocatiam, quam in villis, et bonis eorum videbatur habere, scilicet cum placitis, Angariis, exactionibus, et omnibus suis utilitatibus, et justitiis in manibus nostris eis tuendam, et tradendam resignaret excepto, quod si aliquis in furto deprensus fuerit hujus Abbas res, et bona haberet, comes vero de persona deberet judicare; sed ne hujusmodi concambii factum fortassis in errorem ducatur temporibus Mansos, quos predictus Abbas, et fratres comiti contulerunt in singulis locis suis utile duximus exprimendos; in villa que dicitur Covana decem in villa de Cremon decem, in villa que dicitur Restariza decem, in villa de Medan duos; ut ergo hujusmodi facta memoria inconvulsa, et firma permaneat presentem paginam conscribi, et sigilli nostri impressione jussimus roborari

Actum est feliciter Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo tertio, indictione quinta secunda Kalendis Februarii Aquilee in Ecclesia majori ante sacrarium, presente ipso comite Engelperto, et hii tracti sunt testes; venerandus Tergestinus Episcopus; Chono Concordiensis Episcopus, Joannes Abbas de Sexto, Bernardus Rosacensis Abbas, Wodolricus Abbas de Mosniz, Bertoldus Prepositus Aquilejensis Majoris Ecclesie, Adam decanus Majoris Ecclesie, Henricus Raibo; — Bertoldus Bircil, Thomas vicedominus, Wodolricus Marchio d'Attims, Hartwicus et Federicus de Cauriaco; Ottolier de Cucanea, Poppo et frater ejus Ulricus de Cuza, Fraconlaux de Murusiz, Chono de Osopio, et frater ejus Wuldoricus, de Tocleri, et alii quamplures

Ego Pelegrinus Sancte Aquilejensis Ecclesie Patriarcha propria manu subscripsi, Ego Romulus Domini Patriarche capellanus ex mandato ipsius hanc paginam scripsi, et complevi, et dedi.

Hujus

Hujus autem innovationis testes, in quorum etiam audientia publi-
cum instrumentum sicut continetur superius est perlectum fue-
runt Bonacursus Episcopus Emoniensis, Magister Jacobus electus
Paventinus, Leonardus Abbas Rosacensis, Joannes Prepositus Sancti
Stephani, Wielmus Decanus Aquilejensis, Chonradus deca-
nus Civitatensis, Poppo Prepositus Sancti Felicis, Gerardus Decanus
ejusdem, Bertoldus, Gerardus, Sibero, Mathias Canonici Aquilejen-
ses. datum in Patriarchali Palatio Aquilejense per manum Bonin-
contri Canonici Aquilejensis Curie Nostre scribe.
Anno Millesimo ducentesimo quadragesimo tertio indictione
secunda 3tio Kalendas Novembris.

S.N. Ego Francabonus dictus Bonatus imperiali auctoritate Notarius su-
pradictum privilegium sigillatum sigillo cereo integro et illeso
Domini Bertoldi Dei gratia Patriarche Aquilejensis predicti non
vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua parte sui abolitum
vidi, legi, tenui, et auscultavi et illud de mandato mihi facto per
venerandum Patriarcham Raimundum Dei gratia Sancte Aquilejensis sedis
Patriarcham bona fide scripsi, et fideliter exemplavi, nec addens, vel
minuens quod ipsius privilegii mutet sententiam, sive sensum sub
Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo indictione
undecima, die quartadecimo intrantis septembris, in camera Patri-
archali Civitatis Austrie, presentibus fratribus ordinis minorum,
Daniele, et Gregorio, Domino Rufino de Porta judice Placentino,
Wilvano de Portis Plebano de Montellan, Ermino Potestate Sacili,
Bonaventura Parmensis, et Lanfranchino Brixiensi cubiculariis
predicti Domini Patriarche, et aliis.

Vedi ultima pagina

Privilegium extractum ex membrana existente in Archivio Aquilejensi inscriptum — Confirmatio donationis facte de Ecclesia Sancti Joannis de Timavo, cum eius appenditiis a flumine vocato Tortela usque ad Valle de Latino et duarum villarum videlicet ... Abbatie Belline per Dominum Voulricum Patriarcam Aquilejensis signata N.N. nume...

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti Nos Volcherius Dei gratia Sancte sedis Aquilejensis Patriarcha. Notum esse volumus omnibus tam futuris, quam presentibus, hanc paginam inspecturis, quod veniens ad Nos dilectus Nobis in christo filius Leonardus Abbas Bellinejensis cum fratribus suis quoddam privilegium sub titulo, et sigillo Domini Woldevici Patriarche, Nobis obtulit, petens humiliter ut nos illud ad abundantem temporis futuri cautelam per transcriptionem, et sigillum nostrum Domine divine retributionis intuitu renovare vellemus. Nos itaque cum viris prudentibus idem privilegium diligenter examinantes, et omnino illud judicium invenientes de Prelatorum et aliorum fidelium nostrorum consilio deliberavimus, quod tam rationabilem dicti Abbatis, et fratrum suorum petitionem liberaliter admittere deberemus, et sic jam dictum privilegium nil omnino addentes, vel diminuentes de verbo ad verbum fideliter in hac carta transcribi facimus, et sigilli nostri appensione roborari. Cujus quidem tenor talis est. In nomine Sancte et individue Trinitatis.....

Quoniam in vineam Domini Sabaoth divina vocatione cultores accessimus, oportet ut spinas, et tribulos extirpantes in eiusdem vinee propaginibus vigilanti studio desudemus, ut illud remunerationis eterne denarium vel novissimum percipiamus. Quare ego Voiricus

Patriarcha

Patriarcha considerans ecclesiam Sancti joannis de Timavo nomina-
tissimum quondam monasterium prorsus destitutum, suisque jacentem
in ruderibus, atque ipsum laicali servituti subditum omnino, locum
sanctum sub prisca religione reformare decrevi. Eandem igitur eccle-
siam cum omnibus appendititiis suis a flumine, qui vocatur Portecla
usque ad valle de latino campis silvas cultum et incultum palludi-
bus cum totis fluminibus, et Molendinum, et villa, que vocatur mal-
chinna sedla tibi joanni Abbati tuisque successoribus do, atque
trado perpetuo et inviolabili jure, quemadmodum Antecessores mei
Henricus felicis, et Ledericus antecessori tuo Abbatum Alberico Abba-
ti, ut sit Cella tui Monasterii, que constructa est in honorem Sancti
Martini confessoris Christi Bellinee tantenus et divini servitii celebri-
tas ordinatis ibi quibusdam fratribus perpetuo consistat, et ipsis
monachis, quoniam Bellinee locus infirmus est inveritium egritu-
dinum aliquid sit ad tempus effugium. Quod siquis hanc tradito-
nem evacuare presumpserit, atque eandem cellam jure tuo vel
successorum tuorum aliquo modo subripere tentaverit anathema
percussus Deo in die judicii respondeat. Quod ut verius credatur
sigilli nostri impressione insignari fecimus. Ego Worlicus
Patriarcha huic decreto a me facto manu propria subscripsi, ego
Rempot Concordiensis episcopus subscripsi, Ego Alexander Civitatis
Nove episcopus subscripsi. Ego Petrus Petensis episcopus
subscripsi, Ego Worlicus Prepositus et Archidiaconus subscrip-
si, Ego Arnoldus Prepositus subscripsi, Ego Adam decanus
subscripsi, ego Varinus Presbiter subscripsi, Ego Perro Pres-
biter

biter subscripsi, Ego Bonefilius Presbiter subscripsi, Ego joannes Presbiter subscripsi, Hujus rei testes fuerunt Albertus Comes Forojuliensis Dietricus vicedominus Henricus Hermenaro, joannes, joannes, Aldabertus Andreas, Bonus, Marquardus, Andreas, Poppo, Abnuigerius, Rimoldus q. facta fuit hec ...... transcriptio Anno Domini Millesimo ducentesimo decimo tertio die ...... apud Aquileam. Hujus rei testes sunt Wolricus Concordiensis Episcopus, Alexander Civitatis Austrie Nove Episcopus, Stephanus decanus, Henricus ...... Sancti felicis Prepositus, Philippus Wolricus, Hermanus Magister Scolarum, et alii fratres Nostri de Capitulo Aquileje, Leonardus quoque juvenis Prepositus, Bernardus Villacensis Archidiaconus Capellani Nostri, Stephanus ... Monacus, Federicus, Conradus, Odolmus Laici quoque Sifridus de Ruinia, joannes de Portis, Udo de Treus, Sifridus de Treps, et Hermanus frater ejus; veneti etiam joannes Fuscus, Dominicus Grimanus, Dominicus Albus, Leonardus de Luteo et alii multi. Ego Bernotus Aquilejensis Cancellarius, et ipsius Domini Patriarche Wolkeri Capellanus hanc cartam de suo mandato sigillavi, et dedi

Ego joannes Honini hoc 2dum privilegium una cum Reverendissimo Decano Aquilejensi Co. de Frampero cum originali membraceo Archivii Aquilejensis cui adhuc pendet cereum sigillum contuli die 22 Xbris 1739.

Tratto da copia volante esistente in Libro senza titolo presso il Co. Giacopo Belgrado di Udine

Cas.o di Porpetto 6. 8bre 1816.

Frangipane

imo

dus

vitam

ienus

l devotor

mitem

Javati

auditis

e mitte

n suam

cavche

is et

reversa

medi

et sibi

n scili

l civita

andeum

tiancha

ssimo

ldus

ervitium

etenus

ad devotos

comitem

t Zarotti

s auditis

he mitte

m suam

iarche

cis et

versa

u medi

et sibi

m scili

et civita

vandeum.

iarcha

1249. 11. maggio Bertoldo Patriarca fa lega coi Marchesi Estensi, e colle Città di Brescia Mantova e Ferrara contro Eccellino da Romano

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Nono Inditione VII. Dominus Bertoldus Dei gratia venerabilis Patriarcha Aquilegensis, cupiens in servitium Sancte Matris ecclesie potenter et patenter assurgere, quatenus se cives sue extendunt, Nuntium suum pro petendo auxilio ad devotos ecclesie videlicet Nobiles viros Marchionem Estensem, et Comitem Sancti Bonifacii atque ad Civitates Brixiam, Mantuam et Ferrariam destinavit, qui de Communi colloquio super hoc ordinato auditis petitionibus dicti Nuntii, promiserunt eidem Domino Patriarche mittere centum cavalcatores in propriis expensis, usque ad Terram suam ita quod postquam ipsi fuerint in Terra ipsius Domini Patriarche, ipse postmodum eis tenetur providere congrue de expensis et resarcire damna que faciendo guerram incurrent. Et ipsi versa vice lucrum quod consequi poterunt, tenentur dividere per medium cum ipso Domino Patriarcha dando eidem medietatem et sibi aliam retinere. Insuper quelibet illarum Communitatum scilicet Potestas cum Consilio data potestate uni in qualibet Civitate, qui in animam ipsorum omnium juravit tactis scripturis in animam ipsorum juramento firmavit quod quandocumque Ezelinus de Romano equitaret super Terras Domini Patriarche

vel super Tarvisium, seu super terras Domini Biaquini cum suo exfor-
tio, vel mitterat trecentos Milites vel ultra dicte Communitates tene-
antur cum suo exfortio equitare super Veronam, et eis facere vivam
Verram. Et quod non debeant facere pacem compositionem seu
concordiam aliquam super predicta Verra sine voluntate et consensu
ipsius Domini Patriarche, quibuslibet exceptionibus juris et facti
hinc inde cessantibus, et remotis, ita quod idem Patriarcha idem
juramentum eis prestari faciat, alioquin non debeat teneri secun-
dum quod hec omnia continentur in predictarum Civitatum publi-
cis instrumentis, etiam ipsorum sigillis munitis. Ipse autem
Dominus Patriarcha dictis instrumentis visis et instrumento Civi-
tatis Mantue coram se, et Consilio suo perlecto, ad honorem
Dei et sancte matris ecclesie die XI. Maji in presentia Conradi electi
justinopolitani, Harmanni electi Sextensi, Henrici de Villalta Fede-
rici de Castello, Rodulphi de Cûriano et Tomasii de Fulzinigo
liberorum, Conõtis et Artuiti fratrum de Munico, Johannis et Adal-
perti fratrum de Cucanea, et Henrici de Mels, atque aliorum
plurium Ministerialium ecclesie Aquilegensis dedit parabolam
Magistro Berlingerio vicedomino suo jurandi in anima sua
Omnia predicta, ut dicte Communitates eidem juraverant

verte

versa vice eisdem attendere et observare bona fide sine fraude.
Qui ibidem Libris et scripturis corporaliter tactis que superius dicta sunt juravit in animam Domini Patriarche, et presentem chartam idem Patriarca iussit sui sigilli munimine roborari

Actum apud Utinum in camera Domini Patriarche.

Ego Paulus Sacri Palatii Notarius his omnibus interfui rogatus et scripsi

Verci Storia degli Ecellini Tomo 3. pag. 313. Doc. 186

D. A.
Frangipane

1251. 23. febb.° J. Preposito di ... Stefano riceve dal Papa l'approvazione d'una sentenza contro il Ricardo di Fagagna traditore. 27.

Ex Membranis Capituli Civitatensis
Excerpta
ab sacculo signato N.° V.

1251. Anno Domini M.° CC. LI. Indictione VIIII. die VI exeunte Februarii. Presente Magistro Henrico de Valvisia, Magistro W. scolastico Aquilegensis, Conrado de Braziaco. Domino Johanne Waracco canonico Aquilegensis et alii. Ulricus qui dicitur Gadulfium presentavit litteras Domini G. . . Domino J. preposito Ecclesie Sancti Stephani de Aquileja tenor talis erat. Johannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio --- preposito Ecclesie Sancti Stephani Aquilegensis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum sicut ex parte venerabilis fratris nostri --- Patriarche Aquilegensis fuit propositum coram nobis idem Ricardum Plebanum ecclesie de Fagagna eiusdem diocesis cum machinatione castrum loci eiusdem ad Ecclesiam Aquilegensem pertinens tradiderit fuit intrinsecis ecclesie privavit perpetuo eadem ecclesia ipsamque capitulo Civitatensi Aquilegensis diocesis duxit conferendam. Nos eius supplicantibus inclinati privationem et collationem easdem ratas et firmas habentes eas auctoritate literarum nostrarum duximus confirmandas. Quocirca te discretioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus non permittas prefatum Capitulum Civitatensis super eadem Ecclesia ab aliquibus contra tenorem huiusmodi confirmationis indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni Nonas Octobris Pontificatus nostri Anno Octavo. Actum Aquilegie in stuppa canonicorum.

Ego Hermanus de Lusignaco Imperiali auctoritate notarius

rus predictis interfui rogatus scripsi, et sumpsi hoc rescriptum ex auctoritate D. J. P.P. ejus bulla plumbea bullatum sic et [illegible]
ex nulla parte sui ilesa sic, corrupta, fracta vel abolita seu [illegible]
aliqua vitiato

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXII. pagina 38 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 27. agosto 1817

C. Frangipane

1251. 23. febb.

Confermazione fatta da Papa Innocenzo di sentenza Patriarcale
Ex membranis Capituli Civitatensis

Titulo V.
contro Ricardo Pievano traditore di Fagagna

Anno Domini M. CC.LI. indictione VIIII. die VI exeunte ~~entrante~~ Februario presente magistro Henrico de Vulcinia. Magistro W scolastico Aquilegie Conrado de Prazzacho. Domino Johanne Waracco Canonico Aquilegensi. et aliis. Wolricus qui dicitur ~~[illegible]~~ Gadubris presentavit litteras Domini Pape domino J... preposito Ecclesie Sancti Stefani de Aquilegia tenor quarum talis erat. Innocentius Episcopus Servus servorum dei. dilecto filio --- preposito Ecclesie Sancti Stephani Aquilegensis salutem et Apostolicam benedictionem: Cum sicut ex parte Venerabilis fratris nostri -- Patriarche Aquilegensis fuit propositum coram nobis idem Ricardum quondam Plebanum Ecclesie de Fagagnea eiusdem diocesis cum machinationem castrum loci eiusdem ... ad Ecclesiam Aquilegensem pertinens traditum fuit inimicis Ecclesie privavit eundem eadem Ecclesia ipsumque capitulum Civitatensis Aquilegiensis diocesis duxerit conferendam Nos eius supplicationibus inclinati privationem et collationem easdem ratas et firmas habentes eas auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandas. Quoniam discretioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus non permittas prefatum Capitulum Civitatensem super eadem Ecclesia ab aliquibus contra tenorem hujusmodi confirmationis indebite molestari. Molestatores hujusmodi per ~~[illegible]~~ censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni nonis octubris Pontificatus nostri anno octavo. Actum Aquilegie in stupa canonicorum.

Et ego Hermanus de Cassignaco imperiali auctoritate notarius predictis ~~[illegible]~~ interfui rogatus scripsi, et sumpsi hoc rescriptum ex

autent

autentico d.i. SS. ejus bulla plumbea bullatus (sic) et munitum ex nulla parte sui illesa (sic), corrupta, fracta et abolita, seu ~~etiam~~ in aliquo viciata, [illegible]

Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXII pagina 78 esistenti presso il Nobile signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Sentenza contro Rainardo Preposito di S. Pietro in Carnia

Ex Sacculo LVI

e Rizzardo Pievano di Jagagna traditori

In nomine sancte - - Trinitatis. Amen. Nos C. Justinopolitanus, et G. Emonensis episcopi. W. Mosacensis, et W. Beliniensis Abbates et J. prepositus sancti Stephani Aquilegensis. Notum facimus universis. ~~fere~~ - - - Adeo esse publicum - - - per totum Forijulij - - - quod opere machinationibus, consilio et favore Reinardi [illegible] prepositi sancti Petri de Carnea et Ruzardi quondam plebani ecclesie de Jaganea, ac parentum suorum castrum de Jaganea quod est Aquilegensis Ecclesie traditum fuit [illegible] inimicis Romane et Aquilegensium ecclesiarum. Idem quoque Reinardus tanto non contentus excessu castrum de Brazaco quod est ecclesie fidelium tradi . inimicis Ecclesie procurabat - captus est - - et carcere mancipatus. propter quod pie memorie Dominus B. Patriarcha Aquilegensis prelatos Reinardum et Rizardum - - beneficium denudavit - - - - - -

Da manoscritti di Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati ~~Otium~~ Otium Forojuliense = Tomo XXII, a pagina 296. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividal del Friuli.

Franzisane

1252. 30. aprile Decreto del Patr. G. di Montelongo contro i feudatarj che trascurero di chiedere la rinnovazione delle investiture

Ex schedis monasterii majoris de Civitate in loculo VIII. membrana signata n.º 332

„ Gagliano „

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo. CC. LII. Indictione X. die ultimo exeunte Aprilis. In Civitate Austria super Palatio Patriarchatus. coram venerabili Patre Domino G. de Montelongo Dei et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis electo: Quesitum fuit quid juris esset, si aliquis homo feudum habet ab aliquo Domino. et infra annum et diem non petit investituram ipsius feudi a Domino suo. unde sententiatum fuit per Dominum Bertoldum de Pricaro cujus dictum omnes circumstantes secuti fuerunt quod Dominus ad quem pertinet investitura feudi per annum et diem intret tenutam feudi sine fructu ipsius. et per annum et diem ipsam tenutam sic teneat. Interim audiat jus illius qui debuit petere investituram. et si ille qui debuit investituram feudi petere, non fuerit jus suum prosecutus inter annum et diem Dominus feudi postea

intrat

intret tenutam ipsius cum toto usufructu eiusdem et ipsam teneat et possideat.

Sententiatum fuit hoc presentibus testibus Dominus Henricus de Villalta. Armano de Portis. Cono de Moruzo, Corado de Savorgnano et multis aliis in magna Curia Francorum et Delesmanorum coram suprascripto Domino congregata.

Ego Guidocus de Nuvolta Civitatis Brixie Notarius et scriptor dicti Domini Electi interfui, et rogatus scripsi.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo IX. A. T. A. A. pagina 402, esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas. di Porpetto 23. Jul. 1818 C. Frangipane

1253. 27. maggio — Volrico vescovo ... vende molte rendite ... di Trieste per pagare i debiti del suo vescovato ... nelle guerre del Friuli

XXV. In nomine Dei Eterni. Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo tertio Die VI. exeunte mense Madii, Indict. XI.

Cum Ecclesia Tergestina foret magnis debitis et variis aggravata: propter magnas expensas, et sumptus, quos Dominus Volricus Dei gratia Episcopus Tergestinus fecerat, tam in obsessa Brixie, ad petitionem, et mandatum Domini Bertoldi bone memorie sancte Sedis Aquilegiensis Patriarche, quam in eundo cum eodem Domino Patriarcha Lugdunum ad Concilium Generale, et Austriam, Stiriam, et Hungariam; quam etiam propter graves collectas et provisiones sibi ac sue Ecclesie impositas a Domino Octaviano Cardinali et a Domino Gregorio de Montelongo Apostolice Sedis Legatis, tam in providendo Regnum Ungarie, quam etiam Episcopo Feltreno, Tervisino, et Episcopo Cenetensi, et aliis personis Ecclesiasticis, et etiam propter gravia damna et expensas, que et quas Episcopatus Tergesti sustinuerat propter guerram habitam inter dictum Patriarcham Aquilegiensem et Dominum Maynardum Comitem Goritie et eorum sequaces, propter que, debita possessiones Ecclesie in majori parte sunt pignori obligate, et Ecclesia supradicta sit in destructione maxima, et ruina. Et cum falces ygantum (sic legitur) feneratorum et aliorum creditorum velut tinee dictam Ecclesiam Tergestinam quotidie demoliantur, devorent, et corrodant, considerans memoratus Dominus Episcopus quod cum supradictus Episcopatus suus non decreverit, sed de se nolo in pejus potius augmentetur; nec in dicto Episcopatu sunt ... mobilia cum quibus possit dicta debita expediri, et majus damnum Ecclesie evitetur, de consilio et consensu Ca-

pitu

pituli sui proposuit de bonis Episcopatus sui, de quibus Ecclesia minus læderetur, vendere et alienare pro debitis persolvendis. Unde memoratus Dominus Episcopus, titulo venditionis, dedit et tradidit, et concessit Dominis Johanni Ranpho, Vitali de Alborio, et Bonifacio filio q. Canciani consulibus Tergesti recipientibus nomine suo et nomine totius Communis, et omnium civium Tergesti, et eorum successoribus, et heredibus in perpetuum jus Colectarum, et jus ~~Debotri~~ Petrolii et jus Cancinicum, et Tabiglarie et jus appellationum, videlicet quod deinceps eorum consulibus appellatio non fiat de aliqua questione ad eum nec ad ejus successores; et jus consulatus videlicet, quod potestatem habeant eligendi Consules Cives Tergesti ad dictæ Civitatis regimen sine eo et ejus successoribus et sine ejus, et eorum contradictione, et jus condemnationum, et reditus videlicet quod damnare et absolvere possint ad eorum voluntatem excepta condemnatione sanguinis quam Gastaldio cum judicibus facere debet secundum formam Statuti, quod ~~Consules~~ Consules faciant. Dans eis et eorum successoribus licentiam et potestatem plenariam faciendi statuta, tam de sanguine, quam de omnibus aliis negotiis pro statu terræ, salvis omnibus aliis rationibus Domini Episcopi tam in temporalibus, quam in spiritualibus et jus de non jurando mandatum ejus, sed solum consulum et jus minuitatis mensurarum et pensæ, et jus prati cum omni jure et auctoritate, usu, seu requisitione reali et personali, utili et directo sibi suique successoribus nomine suo, et nomine suæ Ecclesiæ pertinenti. Ad habendum tenendum, et possidendum et quidquid sibi et suis successoribus, et heredi-

...bus

bus deinceps placuerit faciendam pro pretio octingentarum marcarum denariorum Tergesti, sive Aquilegiens de quibus denariis satisfactum fuit quibusdam creditoribus. quibus Dominus Episcopus supradictus tenebatur, et obligatus erat tam personaliter, quam per fidejussores occasione dictarum procurationum, promissionum, et aliarum memoratarum, sicut superius est expressum. Renuncians dictus Dominus Episcopus exceptioni non solute, date, habite recepte et numerate pecunie exceptioni doli mali, in factum, et epistole divi Andriani, et exceptioni deceptionis plus duplo vel dimidio justi pretii; et quod non possit dicere, quod dictum pretium in utilitatem Ecclesie non sit versum, omnique alii juri, et juribus exceptionibus, et defensionibus privilegiis et constitutionibus, et litteris impetratis et impetrandis, omnibus aliis juribus et actionibus canonicis et civilibus sibi nomine suo, et proprie sue Ecclesie pertinentibus, et coherentibus, et quibus possit se tueri et aliqua occasione contravenire, et de eo quod predicta plus valerent nomine pure et simplicis donationis inter vivos, quod amplius revocari non possit aliqua ingratitudine, sive vel causa dictos Rectores, pro se, et dicto Communi, legitime investivit. Renuncians illi legi, que dicit, quod donatio fieri non potest ultra quingentos aureos sine insinuatione. Dans eis licentiam et plenariam potestatem, ut q. r. corporale omnium predictorum sua auctoritate permisit, et dictus Dominus Episcopus per se suosque successores dictos redditus, jura, et actiones ab omni persona legitime semper defendere, guarentare, auctorizzare atque disbrigare et expedire dictis Consulibus, et Communi suisque successoribus et heredibus. Et dictam venditionem et cessionem, sive donationem ratam, et firmam habere, tenere, et observare in perpetuum,

ne (

nec amplius contravenire, aut facere per se nec per alium vel alios aliqua ratione, exceptione, nec ratione sub pena duo millia marcharum boni auri, et expensas omnis litis, et damna ea ratione competituras, et competitura integre resarcire, pro qua pena expensarum dictus Dominus Episcopus pignori obligavit dictis Consulibus Commune, et eorum successoribus, et heredibus monetam, et multam suam de Tergesto, et omnes alios suos redditus et possessiones quos, et quas ipse habet in civitate Tergesti, et circa civitatem, Itaque si ipse vel sui successores aliqua occasione vel exceptione, venirent, vel facerent, quod predicta vel aliquid predictorum, quod libera habeant potestatem Consules, et Commune Tergesti intrandi in possessionem dictarum mute, et monete, et possessionum, atque redditum . . . . absque nuntio alicuius domini, vel alterius persone contradicentis, et faciendi de eis quidquid voluerint, dans et concedens ex nunc eis licentiam et potestatem intrandi in tenutam, et corporalem possessionem eorum, promittens dictus Dominus Episcopus per se suosque successores dictum pignum legiptime ab omni persona defendere, guarentare, auctorizzare atque disbrigare. Et dictam obligationem ratam, et firmam in perpetuum habere et tenere dictis Consulibus, et Communi eorumque successoribus, et heredibus in perpetuum. Nec contra predicta vel aliquod predictorum aliqua occasione, venire aut facere sub dicta pena, qua soluta, predicta omnia nihilominus in perpetuum suum robur obtineat, et illibata permaneant. Insuper dominus Vitalis Decanus Ecclesie Tergestine, Dominus Vdoricus eiusdem Ecclesie Archidiaconus, presbyter Andreas custos, Matheus scolasticus, Conradus, et Henricus, Bartulphus et Sardius et Ioannes diaconi, Albertus subdiaconus, et Henricus

Levi

Clericus Canonici Tergesti nomine suo, et nomine totius Capituli Tergestini concesserunt predictis venditionibus, traditionibus, cessionibus, et alienationibus in minori damno Ecclesie Terge sti redundare, quod si dictus Dominus Episcopus alias pos sessiones, et redditus Ecclesie vendidisset. Insuper jurave runt corporaliter Sancta Dei Evangelia dicti Decanus et Ar chidiaconus in ipsorum omnium eorum de Capitulo anima eorum consensu, et voluntate dictum consensum ratum, et firmum habere, tenere et non contravenire, movere, vel facere comuniter, nec divisim per se, nec per alium vel alios aliqua occasione, vel exceptione. Et quod dabunt consilium, et auxilium, ac favorem, quod predicta omnia et singula in perpetuum robur obtineant et firmitatem. Ad cujus autem rei memoriam, et stabilem firmamentum de voluntate domini Episcopi et Capituli fuit hoc instrumentum eorum sigillorum munimine roboratum. Actum Tergesti in Palatio Episcopatus. Testes fuerunt rogati Presbyter Germanus capellanus domini Episcopi memorati, dominus Pezenarius de Ragonia, Marcus Signolus, Marcus Venerius, Johannes Ugozono de Ve nectis, et alii plures. Ego Nordulphus sacri palatii notarius his omnibus interfui hanc cartam scripsi, et roboravi. Ego Lazarus sacri palatii notarius his omni bus interfui, hanc cartam scripsi et roboravi.

Mainati

Codice, o sia memorie storiche sacro-profane di Trieste

Tomo I. pag. 192 Venezia 1817

Cas.° di Torsello
25. maggio 1824

C. Frangipane

ntesimo
se junij,
erio pre:
carmo
gno de
Domini
Gregorio
electo,
to perfecto
respondit
etudinem,
ucem et
ibi in
Prima
continetur
abere, et
ici posset,

i.
ex au:
sentén.
gno pro:

udine
cali Cu
i do me
c

ntesimo
se junij,
jerio, pre-
sarmo
gno de
Domini
Gregorio
electo,
to confecto
respondit
uetudinem
ducem et
bi in
Prima
continetur
abere, et
ici posset,

i.
t ex au-
d senten-
igno pro-

edint
cali (?)
o da me
c

1254 6 giugno Gregorio di Montelongo Patriarca eletto giura ai Veneti di mantenere i patti stabiliti tra essi e il suo Antecessore. 20.

In Nomine Dei Eterni Amen, Anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto indictione duodecima, die sexta intrante mense junij, presentes Domino Reverendo ellecto Ceneteuse, magistro Berlengerio, preposito Sancti Odorici de Utino, Joanne de Cucanea, Asquino de Varmo de Forojulio, Martho Baduino, Zaccharia Steno, Blasio Tibaregno de Venetijs, et aliis rogatis et specialiter convocatis, Cum Nobiles viri Domini Henricus Foscarenus, et Marcus Quirinus Ambasciatores, + Communis Venetiarum [illegible] eam pro Gregorio de Montelongo electo, quod juraret super Capitulis secundum quod continetur in instrumento confecto per Joannem de Lupico notarium, qui dictus Dominus electus sic respondit dictis Dominis, quod paratus erat jurare secundum Antiquam Consuetudinem, et secundum quod ordinamentum fuerat Venetiis per Dominum Ducem et Consilium, Ad hec Dominus Guarnerius de Porta de Forojulio ibi in continenti habita parabola a dicto Domino ellecto juravit in Anima ipsius predicti Domini ellecti omnia capitula secundum quod continetur in instrumento confecto per dictum notarium firma et rata habere, et tenere, et non contrafacere aliqua ratione, vel occasione, que dici posset. Actum Utini in Camino palatij dicti Domini ellecti.

Ego Albrigettus Sacri palatij notarius interfui, rogatus hoc scripsi

Ego Joannes de Varago Sacri palatij notarius hoc exemplum sumpsi ex authentico dicti Albrigetti notarij nil addens, vel minuens, quod sententiam muttet bona fide ut comperij, scripsi, et exemplavi, et signo proprio roboravi

Da Libro antico, manoscritto esistente in Udine nell'Archivio della Patria, intitolato: Ducali Cu pag. 154.

confrontato, e corretto da me

Cas.° di Porpetto 27. Luglio 1826.

Frangipane

1258. 8. Luglio G. Patriarca minaccia di sua indignazione Asquino di Varmo come ricettatore di banditi, ed Asquino si giustifica e promette obbedienza

Ex Authographis Johannis de Lupico

MCCLVIII. Prime indicionis apud Civitatem in Palatio Patriarchali: die VIII intrante Julio. Presentibus Domino M. Cenetensi: Electo Venerabilis Patris Domini G. Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarche Vicedomino. et Domino G. Preposito Sancti Woldarici. et Dominis Henrico de Villalta, Gerardo de Zucola. C. de Cucanio. Castellione Carnee Walterpertoldo de Spinembergh. Mattheo da Rivarotta. Candidotto et Henrico Squarra testibus ad hoc vocatis et aliis. G. Dei gratia Sancte Aquilegiensis Sedis Patriarcha Domino Asquino de Varmo in presentia ipsius constituto verba sua proposuit in hunc modum. Propter servitia grata et accepta que tu Asquine impendisti nobis et Ecclesie Aquilegiensis nos diligimus te et habemus in voluntate facere tibi tanquam utili servitori et bono Ecclesie Aquilegiensis et nostro que tibi faciant complacere. Sed licet te diligamus toto corde: nollemus te pati ad faciendum illud per quod essemus vituperati nos et Ecclesia nostra. Tu habes tecum Henricum de Artanea proditorem nostrum et Ecclesie Aquilegiensis, qui bannitus est banno nostro et Terre duplici banno. Tenes etiam tecum Petrum de Faganea qui est malefactor et publicus robator strate. Multi etiam de Foro julii

con

conquesti sunt nobis quod tu eis bona eorum abstulisti et fe-
cisti de ipsis tue beneplacitum voluntatis. Unde mandamus
et precipimus tibi expresse in eo quod nobis teneris quod Hen-
ricum predictum de Artenea tamquam proditorem nostrum
et duplici banno ligatum ipsum in manibus nostris debeas
consignare. et licentiare Petrum predictum de terra tua
usque ad festum Sancti Michaelis proximum, ut per ipsum
non faciat dampnum hominibus Ecclesie nostre, et dampna
que intulistis hominibus terre qui conquesti sunt nobis de
te et de ipsis debeas resarcire. vel taliter concordare cum
ipsis quod inde justas non audiamus querelas. Si dictus
Dominus Asquinus dicto Domino Patriarcha respondit: Do-
minus Henricus de Artenea mecum non teneo. quia in Istria
est. Sed si eum mecum haberem, darem vobis ipsum ad bene-
placitum vestrum, sed ipsum amodum mecum non teneo. nec
ei dabo consilium vel auxilium. et hoc promitto vobis in
eo quod teneor vobis. Quod si contra facerem faciatis de me
et meis bonis secundum beneplacitum - - - - - Petro
vobis taliter respondeo. quod si fecit contra aliquem volo
operari quod satisfaciat conquerentibus et pro injuriis vobis
illatis si quas intulit - - - - ad pedes vestros ad vestram
misericordiam et vos facietis de eo quod placet vobis. De re-
bus vero quas dictus Pe. abstulisset hominibus - - - - - satis
facia

facio . quod nulla inde coram vobis justa querimonia depo=
natur . Et dominus Patriarcha predictus respondit - - - - -
- sustinemus . et
de aliis si facies quod obtulisti, placet nobis . Alioquin inju=
rias hujusmodi non possum - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - et hoc tibi dicimus coram istis pro
eo quod vere scimus quod ipsi in hiis que de cetero per
se bona ponent et personas .

Da manoscritti di Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo IX ; 4. DD. AA. pagina 477, esistenti presso il Nobile Signore Agostino De Portis di Cividale del Friuli .

Cas. di Porpetto 23. Genn.º 1818 L. A. Frangipane

1258. 10. 8bre — Gregorio Patriarca confisca a favore della sua Chiesa i Beni del fu Ditalmo di Cavriaco, e dà il castello di Morsano in feudo al suo Nipote Cardone di Montelongo

1258 Prima indictione Apud Utinum in Camera Patriarchali die x intrante Octobre Presentibus Domino Asquino Decano, et Joanne Rubeo Camerario majoris ecclesie Aquilegensis Magistro Nicolao de Lapico Plebano de Tricesimo Domini G. P. scriptore et Dominis Henrico de Villalta, Rodulfo juvene de Savorniano, et Domini Jo- anni de Cucanea . . . . de Niels, Henrico de Pramperch Asqui- no de Varmo, et Francisco fratre ejus, Matthia de Rivarotta, Petro de Attimis, Francisco de Colmalisio, et Candedoto de Tricesimo testibus ad hoc vocatis et aliis multis. Cum quoniam Dominus Dietalmus de Cavriaco Venerabili Patri Domino Grego- rio Dei gratia sancte sedis Patriarche et ecclesie Aquilegensis, et toti Foro julii contra honorem ipsius Domini Patriarche favorem Eccelino de Romano ac illis de Tarvisio ecclesie Ro- mane et Aquilegensis ecclesie infidelibus damna intolerabilia et enormes injurias irrogasset, tandem in manibus memorati Do- mini Patriarche precise et absolute cum bonis suis omnibus se de- dit, ut dicitur pariter . . . . ut de bonis ipsius et persona idem Dominus Patriarcha libere et precise faciat juxta sue beneplacitum voluntatis; verum cum memoratus Dominus Pa- triarcha habebat castra, et possessiones et bona omnia que fue- runt quondam predicti Domini Dietalmi in potestate et fortia sua ad faciendum de ipsis prout superius est expositum, ipse Dominus Patriarcha assignavit et dedit . . . . Castri ville de Morsano cum omnibus bonis ad castrum ipsum et villam spectan-

nun

tibus Dominorum Asquini decani Aquilejensis, Henrici de villalta, et Joannis de Cucanea recipientium nomine Ecclesie supradicte, reservato tamen sibi, quod idem Dominus Patriarcha posset infeudare castrum et villam supradictam Prossani, cum omnibus ad castrum et villam ipsas spectantibus nomine dicte Ecclesie cuicumque sibi placuerit.

Eodem die et loco presentibus testibus supradictis incontinenti Dominus Gregorius Patriarcha Aquilejensis diligenter attendens quod Nobilis vir Dominus Lando de monte longo nepos ejus propter servitia Ecclesie Aquilejensis et sua non pavescens et persone pericula, et rerum suarum dispendium contra infideles ejusdem Ecclesie laudabiliter exercuit vires suas per se suosque successores nomine dicte Ecclesie Aquilejensis Dominum Landonem pro se suisque heredibus et successoribus de predictis castro et villa de Prossano cum omnibus bonis spectantibus ad castrum et villam predictam tanquam vassallum Ecclesie Aquilejensis de sua tenuta juxta consuetudinem terre Forijulii ad rectum legale feudum manu propria investivit cum silvis, pratis, campis, pascuis cultis et incultis nemoribus curiis, venationibus, piscationibus, pomeriis, molendinis, aquis, aquarum ductibus, recepto ab eo fidelitatis juramento, sicut in talibus, et dedit eidem Domino Landono Landedolum de Tricesimo pro Nuncio, ut ipsum Dominum Landanum in predictorum possessionem in

ccv:

cevel corporalem. In cujus rei evidentiam stabilem et perpetuam firmitatem Dominus Gregorius Patriarcha Aquilegensis instrumentum presens fecit sigilli pendentis munimini roborari.

Ego Johannes et cetera his omnibus presens interfui, et de mandato dicti Domini Gregorii Patriarche et rogatu memorati Domini Landoni scripsi in formam publicam reducendo.

Da volumi di documenti raccolti dal quondam monsignor Florio di Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja, li quali non hanno titolo ne numerazione di volume, o di pagina, ed esistono nella biblioteca del sig.r conte Filippo di lui nipote.

Cas.l di Porpetto 21. 9bre 1817. Frangipane

...y, erri

...chuanus

Concor:

...; et de:

...uplex

...e, ancte

...ty de:

...tis exi:

... eadem

...tam ho

...dum e:
...ur tot
...mum

...rix, cujus

...ad filium

...opriis se

...imi, non

... non

...tias non

...m filios

...d homo.

1270 . . . 9 I Vescovi Suffraganei d'Aquil.. pregano il Collegio di Cardinali a confermare l'eletto Fieso nel Patriarcato. 32.

Reverendis in Christo Patribus et Dominis Venerabilibus, Servi Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium I. Paduanus. Al. Tarvisinus. B. Vincentinus. P. Cenetensis. et Fr. Concordiensis Episcopi debitam in omnibus reverentiam, et devotam. Vulneravit cor nostrum plaga crudelis et duplex miseriae, proh dolor, et vox miserabilis Matris nostrae Sanctae Aquilegensis Ecclesiae, quae tanto majoris infelicitatis deplorat incommoda, quanto dudum sub nobilitatis eximiae titulo feliciori extitit gloria decorata, dum eadem Ecclesia tanto nuper viduata pastore, nosque tam honorabili patre, tam utili orbatos agnoscimus; dum etiam sub viduitatis incommodo tot anxietatibus uritur, tot procellis involvitur, tot tribulationum malleis conquassatur, ut jam ipsa Dei Genitrix, cujus vocabulo gaudet et nomine, clamare cogatur ad Filium quod non solum in vestibus, sed et in membris propriis se doleat lacerari. Et nos quidem, Patres Beatissimi, non possumus in tam acerbo casu filialis devotionis non ferre dolores, non possumus maternas angustias non sentire. Ecce enim quos Ecclesia ipsa tanquam filios enutrivit et peperit, quos beneficiis tandem et hono-

ribus grandibus decoravit ad sua ipsius dirumpen-
da viscera nequiter insultarunt; et facti devotionis
prevarricatores et fidei bona ejusdem Ecclesie consu-
munt et rapiunt (Ecclesias et bona) Ecclesiasticas des-
truunt, pupillo non parcunt et vidue, pauperes non so-
lum spoliant, sed occidunt in gladio. et si quis eorum
manus avidas effugit, in abyssum ignis adducunt. Et
nisi repente a vobis, pii Patres et Domini, auxilium ve-
niat, nulla prorsus est spes, quando Ecclesia ipsa fiet
ancilla de libera, et Terra, que in misere servitutis op-
probrium redigatur. Ne igitur tam nobile Universa-
lis Ecclesie membrum tam probrose tantis vexetur
injuriis, tam ignominiose perpetue confusionis discri-
men incurrat, imo nomen ejus hactenus tam precla-
rum de terra pene penitus deleatur, dominationi
vestre flexis genibus sub omni humilitate, qua uni
cuique vestrum possumus, supplicamus in Jesu-Ch
risto: rogantes, quatenus cum mors et vita Ecclesie
memorate in manu vestra consistat, moti pie ac mi-
sericorditer erga eam, imo jam fere demersam de-

naufragio liberaritis, Reverendum Patrem Dominum Philippum electum ad ipsius Ecclesie regimen (quod) per ejus industriam potius, quam per aliquem alium reviviscere poterit, communiter et concorditer absque tam damnabilis dilationis dispendio confirmare velitis; aut saltem in spiritualibus et temporalibus curam sibi committere priusquam irremediabiliter Ecclesia predicta in se ac suis tempestatum fluctibus absorberi contingat.

Copiato dal P. de Rubeis. Monumenta Ecclesiæ Aquilejensis col. 759

(... Franzesane)

1274. 7 agosto (e sotto (13. agosto)) Proposizioni di Ottocaro Re di Boemia, e Risposte di ~~Gregorio~~ Raimondo Patriarca per istabilire pace ed alleanza tra loro

Prothocollum Johannis de Lupico

incipit sic:

Anno domini M CC septuagesimo quarto indictione secunda die martis septimo entrantis Augusti in Castro Utini in Camera patriarchali presentibus D.D. dominis Asquinio decani. Johanne Archidiacono et Henrico Cellerario. Gerardo preposito Sancti ~~Wodolrici~~ Odolrici. Wodolricus Decanus Civitatensis. Magistris Johannes et Laurentius frater ejus et Artica canonicis Civitatensibus. fratribus Petro Priore et Galvano Lectore fratrum predicatorum de Civitate. fratribus Walero et Hermano, humili et Bonifilio de ordine fratrum minorum. Dominus Rannerio de Trevano ord med ~~mediolanensis~~ fratre Paganino Lover ordinis humiliatorum. Gothefredo della ~~Turre~~ Turre potestate Padue. Gabriele de Prata. Henrico seniore de Villalta. Asquino de Varmo. Glizojo de Mels. Federico de Pinzano. Nicolao de Rudrio. Thomasio de Cucanea. Federico Castaldione Utini. Mainardo de Flagonea et Wilhelmo de Faganea et aliis pluribus testibus. Venerandi viri Domini frater Chonradus, preceptor domus ~~Dominus~~ Theothonice per Styriam et Austriam et magister Henricus prepositus Werdensis, ac magister Chonradus plebanus de procuratores Domini Ottokari Illustris Regis Boemie ut dixit dato procuratorio nomine pro ipso domino Rege Reverendo Patri et Domino R. dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche in scriptis petitiones fecerunt infrascripti tenoris: que scilicet tales sunt. Sane si vestra Paternitas reverenda nobiscum in eodem affectu amicitie curaverit permanere. Ita quod universa in Forojulii ad nos spectantia videlicet ~~Portunaonem~~ Portunaonem cum possessionibus et villis hominibus et juribus

Pagamino de Terzago mediolanensis

2

pertinentibus ad eundem, sicut dux Leopoldus quondam postea hujusmodi per pecuniam comparavit et postmodum dominus dux Federicus ea pacifice presederunt in nostra integraliter pleno jure permaneant potestate. et universa jura que dominus Ulricus dux Carinthie felicis recordationis in Karinthiam Carniolam et marcham a vestras ecclesia tenuit et specialiter Castrum et Civitas Windegrez cum suis attinentiis nobis et nostris heredibus conferre velitis una cum juribus que a vobis in Stiria debemus recipere existentibus in eisdem sicut cum domino Gregorio predicto antecessore vestro fuimus libenter remanebimus amicitie unione vobis rebus, et persona contra quaslibet vestros adversarios assistendo et bona que in terris nostris habueritis sollicite protegendo. Item hec sunt que ~~dominus~~ duces Karinthie feudali titulo ab Aquilegensi ecclesia habuerunt videlicet judicia a Craympergh usque ad Chaltemprunnem. Item decime quecumque sunt ultra aquam que dicitur Draba. Item decima in Karinthia, Carniola et Marca que super mensas ducum Karinthie servierunt exceptis hiis que ab ipsius ducibus de eisdem decimis aliis sunt concesse. Item predia in eisdem terris sita similiter feuda sunt ab ecclesia memorata. Item in Karinthia decimis a Chelempergh usque ad extremitatem Vallis Junone eidem duces Karinthie feudali titulo tenuerunt. Item dux Austrie quicumque pro tempore fuerit habere debet officium Pincernatus a domino Patriarcha cum suis pertinentiis. Item Castrum ~~a Fluspergh~~ Arnsperch cum omnibus suis attinentiis. Item Castrum Vindesgrez cum omnibus suis attinentiis, preter ea que precessor temporis nomi-

natur

natim exprimentur ¶ hec petit dominus noster rex Boemie. Petit primo investiri de omnibus feudis que Duces Austrie Istrie et Karinthie ab Ecclesia Aquilejensis feudali titulo possederunt. Item petit quod placeat domino Patriarche quod mediante ipso domino nostro Rege Boemie omnis discordia et dissensio intra Dominum Patriarcham et Dominum Al: comitem Goritie decidatur et si fieri potest per amicabilem compromissionem vel per instantiam. Item petit quod amicitia inter ipsum dominum Patriarcham et ipsum dominum Regem jam contracta, seu etiam contrahenda quibuscumque conditionibus appositis et insertis firmiter publicis instrumentis continentibus penam debitam et condignam, ut uterque sit certus de amicitia alterius.

Item petit quod pro illa injuria et violentia et proditione que procurata fuerat contra Dominum Comitem scilicet Castus Cormonts Treugarum tempori male occupando plena satisfatio eidem Domino coram plene exhibeantur. Item petit quod nullus servitorum suorum sive sit de ejus sive Aquilejensis Ecclesie familia quod magistro ... venerabilis Weidensis ecclesie preposito quedam terre Forijulii Vice domino tempore sui regiminis adhescrant debeant ex hoc una cum eodem preposito apud ipsum Dominum Patriarcham dampnum incurere vel aliquam indignationem et etiam in personis. Item petit quod restitutio Castrorum Artenie Flesse, atque Mute fiat in manus illorum, et tradantur in illorum potestatem a quibus sunt recepta ut te-

neant

A

neant illa tanto tempore donec eisdem et aliis creditoribus sint satis factum in solutione pecunie, que pro defensione Ecclesie Aquilejensis, et terre Fori julij est consumpta maxime tamen illa, que a die creationis Domini Patriarche usque in odiernum diem mutuo est recepta occasione dictorum Capitulorum custodiendorum dum ante tempus convenient omnes Castaldiones administratione necessaria dictis Castris contradixerint et in se per violentiam retinuerunt omnes redditus et proventus quos debebant de jure longe et ante creationem Domini Patriarche memorato preposito tanquam Vicedomino et dictis Castris assignasse.

Millo. Ducentesimo septuagesimo quarto. Indictione secunda die Mercurii octavo intrante augusti in Castro Utini in Camera Patriarchali presentibus VV. Dominis Asquino Decano Joanne Archidiacono Berengario preposito Sancti Odorici Wolrico Decano Civitatensi. Henrico de Legio Magistro Valtero. magistro Johanne et Magistro Lauro fratre ejus Canonicis Aquilejensibus. Raimundo de Tirovaro ordinis medicantium Fratre Pagano Lovenoister de ordine humiliatorum. Magistro Nicolao de Lupico. Fratribus Petro priore. Salvano Lectore fratrum predicatorum de Civitate. Fratribus humili et Bonofilio de ordine fratrum minorum. Nobilibus viris Goffredo de Sanve potestate Utine. Pagano de Serrago. Comi

te

te Forano de Crema Gabriele de Vrata Asquino de Varmo Federico de Pinzano Odorico de Mels Nicolao de Butorio Thoma de Cucanea Magnardo de Fagagnea Federico Gastaldione utrisque Pethemaro de Fagagnea et aliis pluribus tam consiliariis Reverendi Patris Domini Raimundi Patriarche Aquilejensis quam aliis in pleno ipsius domini Patriarche consilio congregatis ibidem ad petitiones domini Regis Boemie propositas per nuncios ejus

Dominus Patriarcha Aquilejensis huic consilio omnium suorum consiliorum determinata sententia sic respondit. super eo quod primo ex parte Regis petebatur. quod Dominus Patriarcha secum iniret amicitie unionem sicut olim fecerat. Venerabilis Pater Dominus Patriarcha Gregorius Respondit quod gratam valde habet et acceptam talem à tanto Domino requisitionem, quia scit quod amicitia tam incliti tanquam potentis Regis sibi non possit non esse fructuosa et utilis, utpote cujus potestas ad sua vicinia extenditur, et sub cujus protectionis et defensionis gratia Aquilejensis Ecclesia pluries à suis gravaminibus relevata noscit respirasse perpetua quod paratus est inire cum dicto Domino Rege secundum formam prefate connectionis cum Domino Gregorio olim initam amicitie indissolubilis unionem. Placet nihilominus ei quod si aliquod ad formam dicte unionis addi potest vel detrahi vel mutari quod ad honorem vel utilitatem utriusque partis esse valeat. hoc addatur subtrahatur, vel etiam immutetur. Verum quia talis unio nec valida, nec constans esse valeret, nisi castra possessiones redditus et jura Ecclesie

Aqui

Aquilegensis, que dictus Dominus Rex occupata detinet, primitus restituantur. Eidem petiit Dominus Patriarcha ab Ambasciatoribus Regis, quod omnia Castra et cetera jura Aquilegensis Ecclesie, que dictus Dominus Rex occupata tenet in Carinthia, Carniola, Marchia et in Forojulio, sibi plene et integraliter restituat, cum super hujus restitutione a Domino Rege plenam autoritatem habeant vel restitui faciant, cum alias secunde amicitie stabilitas esse posset cum et hoc ipsum ipsi Domino Regi mandatum sit à summo Pontifice tam per litteras quam etiam per venerandum Dominum Episcopum Olmucensem.

Super eo vero que secunda petebat scilicet quod Portusnaonis cum omnibus juribus et pertinenciis suis quem dicit emptionem Ducis Leopoldi et possessione fuisse Ducis Federici dimittatur sibi et cetera que circa dictum Portumnaonem sita sunt que non fuerunt in illa emptione, sed fuerunt feuda Ducum predictorum sibi feudali titulo dimittantur: Sic respondit ad primam partem petitionis istius, quia non est intentionis ipsius ipsum Dominum Regem super aliqua sua proprietate aut aliquo jure molestare aut inquietare aut etiam inquietari permittere per aliquem sibi subjectorum immo magis omnia jura sua velle sibi illesa conservare et tam per se quam suos nobiles et ministeriales pro viribus defensare. Super altera vero parte petitionis in qua de feudis tangebat sic respondit, quia cum illa feuda per mortem Ducis Federici absque herede legitimo decedentis sint ad Ecclesiam

Aquil.

Aquilegensem devoluta, nec ipsa ea que ante aquisita vel accepisse rape-
rett alienare vel de novo infeudare valeat absque Domini pape mandato
et licentia speciali, cui super hoc juramentum prestitit corporale nec
etiam de eisdem per Dominum Gregorium fuit investitus. mirari non de-
bet regia Dignitas vel etiam gravari; si in hoc contra juramentum
proprium petitiones regias non exaudit. Quod si docere potuerit
quod de ipsis per Patriarchas preteritos investitus existerit libentis-
sime ipsum investiet ut debebit.

Super petitione tertia qua petebat dictus Rex investiri de feudis que
habuerant duces Leopoldi et Federicus in Stiria, et de quibus ipse per
venerando Patrem Dominum Gregorium Patriarcham fuerat investitus;
Respondet quod gaudet et exultet ecclesiam sibi creditam tante di-
gnitatis, tante potentie, virtutis et sapientie habere vassallum, qui
ipsum defensare et a sua humilitate erigere possit et velit utpote
qui fidelitatis quam matri debet et patri ~~in~~ non putabitur obli-
visci perpetuo quod libentissime ipse investiret secundum formam pri-
me investiture - recepto ab ipso sicut moris est fidelitatis primitus
sacramentum.

Super quarta petitione qua petebatur investiri de feudis et juribus que te-
nebat in carinthia. carniola. et marchia Dux Carinthie Wolricus.
Respondit lectis prius privilegiis imperialibus quibus docebatur illa feuda
et jura ex antiquo ad Aquilegensem Ecclesiam pertinere. Lecta etiam
forma juramenti facta summo Pontifici in manibus Episcopi Laudanen-
sis

8

riis in que cum dicta feuda et jura per mortem dicti ducis absque he-
rede legitimo decedentis Ecclesie exciderunt tempore quo sedes ipsa vaca
bat, nec ipse per aliquem predecessorum suorum investitus fuerit nec inve-
stiri potuerit predecessore suo Domino Gregorio jam defuncto, et nullo
modo alicui infeudare valet absque sedis Apostolice auctoritate et
licentia speciali quia alias juramenti prestiti existeret violator,
nec credit quod Dominus rex sibi consulendum existimet quod existat
juramenti proprii camerator parum enim in ipso confidere posset
quem tamen ad amicitie conexionem advocat. si ipsum agnosceret
juris jurandi legitima violasse

Super quinta petitione qua petebatur investiri ipse rex et sui heredes in per-
petuum de Castro et Foro Windesgraz. Respondit quod Castrum il-
lud cum attinentiis suis fuerat proprietas Domini Patriarche Ber-
toldi. et per ipsum collata extiterit Ecclesie Aquilegensi. verum
est tamen quod dux ulricus illud in salutis sue dispendium contra
justitiam aliquo tempore tenuit occupatum, et tam in hoc quam
in aliis gravaminibus Aquilegensem Ecclesiam aliquamdiu molestavit,
qui tandem ad cor reddiens pro recompensatione gravaminum
quibus injuste gravaverat quedam jura sua que in Foro julio et
in Istria habebat, et castrum de Laybaco cum attinentiis suis di-
cte Ecclesie tradidit et donavit recipiendo in feudum a Patriar-
cha Gregorio Castrum de Laybaco cum suis pertinentiis per se
et fratre suo eorumque heredibus ex eis vel altero eorum ex legi-
timo

timo matrimonio processeris. Usum vero castri et fori de Windegraz
solum ad tempus vite sue retinuit, proprietate totaliter sicut debuit
Aquilegensi Ecclesie remanente et hec omnia jura et singula patent
per publico documento. Quapropter cum dictus Dux absque herede
legitime ex eo descendente decesserit, frater autem ejus dominus ~~Phil~~
Philippus qui etiam donationi predicte consensit, sicut patet per
publicum instrumentum heredes ex eo legitime descenderit utpote
in sacris constitutus habere non possit, manifeste eum castrum de
Laybac cum suis attinentiis juribus ~~[illegible]~~ heredibus legitimis utroba
que descendentibus ad Aquilegensem Ecclesiam devenisse. salvo hoc
quod dominus ~~[illegible]~~ Johannes, illud solum in vita sua cum heredes legiti-
mos habere nequeat, titulo feudali posset possidere. nisi illud
Ecclesie donasset eo tempore quo proficiscebatur ad regem sicut
patet per publicum instrumentum qui etiam dominum Carellum
nomine Ecclesie in corporalem possessionem misit, et homines sibi
jurare fecit. Castrum vero de Windegraz nulli unquam ab anti-
quo Patriarcharum Aquilegensium infeudatum extitit. sed semper ex quo
per donationem domini B. ecclesie cessit. proprietas ejus fuit.
Ideoque cum constante predicto juramento ipsum infeudare non
possit non miretur, aut indignetur regia celsitudo si ejus petitioni-
bus non consentit. Ceterum si dominus Rex ultra ea que sibi de
jure debentur ab Ecclesia Aquilegensis feuda vel jura nova requirit,
licentiam ab Apostolica sede impetret et auctoritatem ut in hoc con-

tra

tra eum non veniat juramentum, ad omnia que regia celsitudo imperaverit spontaneum inveniet etiam paratum.

Denique supra hoc quod propositum fuit quod Dominus Rex libenter haberet cum ipso Domino Patriarcha colloquium personale. Respondit quod pre ceteris Regibus et principibus mundi interesse desiderat ejus colloquio qua speret nec dubitat quin per hujusmodi colloquium si commode inter ipsos haberi possit. perfecte amicitie cum honore et utilitate utriusque fieri valeat complementum, et hoc tanto confidentius affectat, quanto novit majori prudentia gratiosive disciplina, seniore consilio pollere culmen ~~dig~~ regie dignitatis, ~~prop~~ propter quod determinationem diei et loci competentis et habilis ad hoc colloquium arbitrio regio derelinquit.

Si salvo honore et reverentia sedis ~~Aquilejensis~~ Apostolice salvis juribus et dignitate Aquilegensis Ecclesie, et honore proprie persone convenientius et ~~acceptius~~ acceptius petitionibus regalibus respondere sciret et posset, libentissime id fecisset, utpote qui ejus amicitie devotus et obsequiosus esse ex corde desiderat et honore. Ad hoc personam suam, ecclesiam Aquilegensem, fratrum, nepotum et amicorum suorum obsequium offert ad beneplacita regie dignitatis.

Ceterum quia ex juramento sui impositi oneris solicitudine tenetur omnia jura Aquilegensis ecclesie recuperare ac defensare petit instanter castra et jura ecclesie que Dominus Rex detinet cum proventibus sibi restitui secundum quod in litteris Apostolicis

est

est et per Dominum Olmucensem sibi a summo Pontifice est injunctum, cum et ipse Dominus Rex terram Fori julij regendam et deffendendam propriis expensis susceperit, ac statim relinquendam cum sibi per sedem Apostolicam de Pastore provisum existeret, sicut constat per regales literas et publica instrumenta.

Sane si Dominus Rex predicta restituere nolet, non est intentionis Domini Patriarche contra regalem bellare potentiam et sua jura tumultu belico defensare. Immo si Dominus Rex terram Patriarchatus occupatam intrare voluerit, vel ad ejus occupationem suos homines destinare quod tum eum velle suspicari non potest ipsi per modum belicum non resistere, immo de plano sibi cedet et terram sue potentie derelinquet. Verum tamen hoc ipsum summo Pontifici qui universorum christianorum est Dominus insinuare curabit et suo beneplacito committet causam sue Ecclesie judicandam.

Item hec nunciis regalibus insinuare curabit, quod licet juste de Domino Rege conqueri posset, utpote qui multa jura et redditus Ecclesie tempore multo detinuit, tamen hactenus ab hujus modi querela cessavit, nec aliquid super hoc summo Pontifici aut Romane Curie significare voluit. Sperans quod si quid hactenus gestum est in dispendium et prejudicium jurium Aquilejensis Ecclesie provisione curiositatis et benignitatis regie recompensabit, et indempnitati ecclesie providebitur secundum quod decebit Regiam pietatem. Quod si ulterius quod absit in proposito detentionis injuste perseverare voluerit

rit cogatur dominus Patriarcha apud summum Pontificem querela deponere ad hoc ipsum propria conscientia perurgente. Insuper dictis Ambaxiatoribus Regis et per ipsos Domino Regi est conquestus quod capitaneus Regius qui Portum Naonis tenet Ecclesiam Aquilegensem in succisione nemorum suorum, in opressione hominum, et aliarum irrogatione injuriarum usque ad valorem mille marcarum et amplius damnificavit in multis, et quod capitaneum Carniole et marche dictam Ecclesiam multiplicis affecit injuriis, collectas et exactiones injustas Ecclesiis et decimis imponendo et super Archidiaconum partium illarum qui quasdam collectas per ipso domino Patriarcha collegerat, cepit propriis spoliavit rebus, et pecuniam abstulit quam colligit. ex quo excommunicationis sententiam noscitur incurrisse. unde petit quod hujusmodi excessus per providentiam regiam corrigantur, et dicti injuriatores ad satisfactionem debitam tam de injuriis quam de dapnis censura regia compellantur. maculam enim Regiam dignitati ingereret, si officiales ipsius ad violentorum, et injuriatorum coercendas malitias positi impune peccare deberent. que ad decorem regalis culminis exacta justitia corrigere, et punire debuerant delinquentes. Fuit et tunc ultimo coram dominum Patriarcham propositum quod tunc dominus Rex cum comite Goricie sub sacramenti vinculo ad unionem amicitie sit ligatus, nec ipsum posset Dominus Rex deserere, nec tamen ipsum contra justitiam ire in prejudicium Aquilejensis ecclesie defensare immo mediator et compositor esse velit ad decedendum questionem que

inter

inter Dominum Patriarcham vertitur et predictum comitem Goritie. Ad quod Dominus Patriarcha sic respondit quod non modicum mirari cogitur, sive hoc ex mandato Regis sive ex motu proprio nuntiorum ~~mutationem~~ ejus sit propositum. Quoniam Dominus Rex cum tali homine, ex sub jurejurando amicitie unionem inire voluerit, quem excommunicatum novit, et sese fidelitatis in proprium dominum reum esse. Et preterea cum ipse Aquilegensis Ecclesie sit vasallus, nec bene videtur sue fidelitatis memor si ad defensionem viri perfidi contra Dominum suum et Dominam scilicet Aquilegensis Ecclesia se accingit. Verumtamen ad reverentiam regie Celsitudinis nunciorum regalium petitiones sive ex ~~parte~~ regis propositas omnino declinare noluit, imo quantum cum justitie et benignitatis moderatione potuit, exaudivit, et licet dictus comes Ecclesie Aquilegensis semper violentus invasor extiterit et oppressor ipsum tamen expansis brachiis, si respicere voluerit ad gratiam suam recipiet, ita tamen quod nec nimis rigide, nec nimis leniter tractatur. de scelere in predecessorem ejus commisso transeat impunitus. insinuans nihilominus regali providentie, quod dictus comes, ex quo per regales nuncios mandatum Regis, pervenit ad ipsum, quod Ecclesia Aquilejensis in nullo offendere, aut molestare deberet, ex tunc, usque ad presentem diem, plusquam ad valorem duorum milium marcarum dampnificavit Ecclesiam et gravavit. Super quo postulat. dictus Dominus Patriarcha non solum quod a defensione talis viri Dominus Rex se subtrahat immo etiam utpote fidelis vasallus Ecclesie proprie fidelitatis et juramenti vasallatici non immemor, si necesse fuerit ad defensionem matris sue Aquilejensis Ecclesie se preparet, et accingat. Quin immo si secus

fecerit

-ecerit juramentum proprium ~~[illegible]~~ temerabile pro jure vassallatico Domino Patriarche obligari dignoscitur teneri. Insinuans nihilominus regis nunciis et per ipsos Domino Regi quod auctoritatem habet a sede Apostolica et mandatum, quod omnes cujuscumque dignitatis sint, aut potestates qui Ytaliam cum armis intrare voluerint ad turban-dum statum terre pacificum aut ad hoc homines transmiserint tam venientes, quam mittentes, quam etiam suscipientes excommuni-cationi subjiciat, quam sententiam jam pridem in locis publicis presenter populo promulgavit.

Die tercio decimo intrantis Augusti. In castro Utini. In camera Patriarca-li. Presentibus Venerabili Domino Rogerio de Tirovano ordinar sic medicatorum. Magistro Nicolao de Lupico Civitatensi, et Presbitero Leone ac Federico dicto Urizmano Concordiensis. Fra Pagano Lovo-ne de ordine humiliatorum fratribus Petro Priore ac Salvano Lectore fratrum predicatorum de Civitate. Nobiles Viris Dominis Co-mite Joskino de Crema Manfredo Cagapesto Jacobo Polenzono Mar-tino de Cernusetto. Casparo de Brunalegio et aliis pluribus ad hoc vocatis etc. et vocatis. Coram Reverendo in Christo Patre et Domino R. Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha constitutus ad ipsius instantiam Venerabilis Pater Dominus Jeloherius episcopus Concordiensis pro se, ac pro omnibus suis fautoribus et amicis nec non Henricus Squarra. Zaninus filius quondam Martini fratris Ansel-mus dictus Worca. Wodolricus dictus Laz et Bartholomeus de Cor-nisit de Portugruario, et coram quilibet pro se et suis fautoribus et amicis, et aliis extrinsecis Portusgruari fecerunt treguas hominis in-

tria

trinsecis Portusgruarii licet absentibus et eos, promiserunt ~~bonas sentirant~~ usque ad bene-
placitum ipsius Domini Patriarche inviolabiliter observare. Sub pena duorum mili-
um marcarum argenti ita quod ipsorum quilibet pro eorum altero qui pregnans in-
fragerit teneatur ad ipsam que totiens peti et exigi possit, quotiens committetur
in ipsorum et ea soluta vel non presens contractus in sua nihilominus firmitate
perduret, obligantes ad hoc ipsi Domino Patriarche et quilibet eorum omnia
sua bona mobilia et immobilia presentia et futura propria atque feuda

Predictis die loco et testibus. Supradicti Dominus Episcopus pro se ac Henrico squar-
ra, Zaninus, Anselmus, Wodorlicus et Bartolomeus per se ac aliis extrinsecis
stipulatione premissa solempni consenserunt, et concesserunt prefato Domino Patri-
arca quod ipse habeat Dominium et claves Terre Portusgruarii, et quod amoveat
potestatem qui nunc est ibi et ponat ibi potestatem quemcumque voluerit pro
anno presenti qui tenere debeat pro salario suo mille libras Veronensium par-
vulorum a commum dicti Portusgruarii cum hac protestatione quod per
hoc ipsi Domino Episcopo, et Communi predicto nullum in eorum juribus
prejudicium generetur

Eisdem die loco et testibus suprascriptis Dominus Episcopus pro se Henricus quar-
ra, Zaninus, Anselmus, Woldolricus, et Bartholomeus et eorum quilibet pro
se ac aliis extrinsecis Portusgruarii ~~et eorum quilibet~~ de omni lite, questio-
ne, controversia, discordia, et guerra que erat vel esse videbatur inter
ipsos ex parte una et homines intrinsecos Portusgruarii ex altera, et de omni
eo quod prefati Dominus Episcopus Henricus Squarra, Zaninus, Anselmus
Woldolricus et Bartholomeus et alii extrinseci Portusgruarii dicere ac petere
poterant hominibus intrinsecis Portusgruarii, et e converso usque ad diem
presentem compromiserunt in predictum Dominum Patriarcham tanquam in

Arbi

arbitrum arbitratorem, ac amicabilem compositorem. Promittentes sub obligatione omnium suorum bonorum, mobilium et immobilium feudorum perpetuorum presentium et futurorum, et sub pena decem milium marcarum argenti se firmum et ratum habituros omni tempore, quidquid per ipsum Dominum Patriarcam arbitratum seu sententiatum fuerit seu ordinatum alte et basse amicabiliter vel de jure quandocumque, et ubicumque placuerit ipsi Domino Patriarche presentibus predictis vel absentibus dum tamen citatis die feriata et non feriata, que quidem pena solvenda prefato Domino Patriarche totiens peti et exigi possit per ipsum quotiens committeret in ipsum per quemcumque commissariorum ipsorum. Ita etiam quod ipsorum quilibet tam pro se, quam pro altero ad penam teneatur predictam, et ea soluta, vel non, quicquid per ipsum Dominum Patriarcham super predictis arbitratum seu sententiatum sive ordinatum fuit, nihilominus obtineat plenum robur.

Da manoscritti di monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 12 Lettera N. esistenti presso il Nobile signor Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

Anno Domini 1279. indictione 7 die sabbati 12 exeunte madio in presentia Dominorum Fr. Fulcherii Dei gratia Concordiensi Episcopi, Bernardi de Ragogna Decanus Civitatensis, ~~Magnificus~~ Magistri Leonardi de Utino Canonici Concordiensis, ~~Magnificus~~ Magistri Lombardi Phisici de Portugruario, Joannis olim ~~Magnificus~~ Magistri Ottonelli de Austria Civitate ~~Magnificus Libori~~ Magistri Jacobi de ipso loco, Corraduccii filii Philippi de Zucola, Edorici filii olim D. Marsilii Capitanei de Valvasone et aliorum testium . .

Nobilis vir D. Valterus Pertoldus de Spegnimberg de sua propria voluntate et de sua tenuta, et possessione nomine, pure, mere et irevocabilis donationis, ex pura et iusta, et irevocabili donatione que fit inter vivos et non causa mortis, renuncians omni legi que dicit quod donatio non potest fieri ultra quingentos ducatos sine insinuatione libere dedit donavit totum suum Castrum de Srusso, quod est proprium cum omnibus iuribus, et rationibus et decisionibus, utilibus et directis . . . . et expressis dominiis, signoriis, advocatiis, Domibus, habitantis, Burgis, edificiis supra se, ac infra se, mansis, campis, vineis, Sylvis, nemoribus, famulis, masnatis, venationibus, piscationibus, mulinariis, aquis vignis, semitis, pratis, fossatis, et generaliter cum omnibus aliis ratiocinibus cujuscumque modis dicto Castro de Srusso a celo usque ad abissum integre pertinentibus et spectantibus, Dominis Bernardo, et Valtero Pertoldo fratribus filiis Nobilis viri Domini Joannes de Zucola Nepotis sui. Item dedit, concessit

et

et donavit eodem modo, et forma ut superius dictum est fratribus predictis Dominis Bernardo et valtero pertoldo omnia sua bona in integrum, que ipse D. valterpertoldus habet, tenet, et possidet ultre flumen Lisonzi cum omnibus rationibus pertinentibus dictis bonis pro ut supra dictum est. ita quod dicti fratres omnia supradicta de cetera habeant teneant possideant et quod possint ipsa vendere donare, pignorare, et infeudare, livellare, pro anima, et corpore iudicare, et totam suam facere voluntatem absque verbo, et contradictione dicti D. valteri pertoldi suorumque heredem, vel alterius persone. Dans, et concedens dictus Dominus Valterpertoldus verbum, et licentiam dictis fratribus de dictis bonis intrandi tenutam et corporalem possessionem sua auctoritate constituens supra ipse D. valterpertoldus pro eis possidere donec tenutam et possessionem intraburit.

Actum in Spegnembergh in Pallatio

Ego jacominus de Vidor Sacri Pallatii Notarius interfui, rogatus, et scripsi.

Da un processo formato tra consorti di Spilimbergo di ragione del Spetabile Sig. Francesco Brunalesco Nodaro, copia del quale autentica si conserva nella publica Cancellaria coperto di carta pecora di carte 625 comincia (instantia, et Responsio) e finisce (ingrossario ut supra. — Pagine 630. tergo

Da Annotto di carte antiche trascritte a ...

insieme, esistente presso il Conte Luigi Ottelio d'Udine senza titolo, e numerazione di pagine; però con numero progressivo ad ogni documento — Cl.te 2.

Cas.° di Porpetto 15. 9bre 1816

Frangipane

1281. 29. marzo Raimondo Patriarca investe Artuico di Castello dei feudi di S. Lorenzo Juvilino 33.
ed altri come erede di Dietalmo di Caverzaw ribelle

In nomine Christi Amen Anno a Nativitate ejusdem millesimo ducentesimo octuagesimo primo nona inditione apud Civitatem in Palatio Patriarcali die Sabato tercio exeunte Marcio Presentibus Dominis Bernardo Decano Civitatensi, Presbitero Petro Plebano Plebis de Tricesimo Capellano, et Magistro Gualterio Scolastico Civitatensi notario Domini R. Dei gratia Patriarche Aquilegensis, et nobilibus viris D. Gerardo de Camino, Jacobo de Cederta de Conegiano, Asquino de Varmo, Johanne de Zuchula, Leonardo de Tricano et Leonarducio de Brazacho testibus ad hec vocatis et aliis multis. Cum questio verteretur inter Reverendum Patrem et D. Raimundum Dei gratia S. Aquilegensis sedis Patriarcham ex parte una, et D. Artuichum de Castello ex altera super feudis antiquis que qu. D. Dietalmus de Caveriacho et qu. Domini Federicus et Dietalmus filii ejus et antecessores eorum habuerant et recognoverant ad rectum et legale feudum ab Ecclesia Aquilegensi dicente dicto D. Patriarcha quod ipsa feuda antiqua excidis-

sent de jure sibi et Ecclesie Aquilegensi
et e converso predicto D. Artuico de Castello
dicente quod eadem feuda excidissent sibi
de jure tamquam qui hereditario jure
debebat succedere in feudis predictis. Tan-
dem memoratus D. Patriarcha ad preces
et instantiam supradicti D. Girardi de Cami-
no testis superius nominati et dicti D. Ar-
tuici de Castello suplicationem, volens ipsi
D. Artuico sive jus haberet sive non in
Feudis predictis gratiam facere specialem
sicut idem D. Patriarcha ore proprio fa-
tebatur eumdem D. Artuicum de Castello
S. Laurentii et de Inviline et de om-
nibus aliis et singulis Feudis antiquis
que predicti Domini Dietalmus de Cau-
riaco et filii ejus et antecessores eorum
recte et legaliter habuerunt et tenuerunt
in feudum ab Ecclesia Aquilegensi et ante-
cessoribus dicti Domini R.di Patriarche
juxta consuetudinem terre Forijulii nomi-
ne dicte Aquilegiensis Ecclesie ad rectum
et legale feudum cum quodam capulio
manu propria investivit cum juribus.

et rationibus de jure spectantibus ad feuda
predicta, et cum mansis domibus casalibus se-
diminibus curiis silvis nemoribus pratis
pascuis campis capulis Terris cultis et in-
cultis vineis vinetis arboribus molendinis
piscationibus venationibus aquis aquarum
que decursibus alluvionibus decimis ad
vocatiis et singulis de jure pretinentibus
ad Feuda eadem, recepto ab eodem D.
Artusico tamquam a vasallo fidelitatis de-
bito juramento sub hac forma. Ego Artusi-
cus de Castello juro ad sancta Dei Evan
gelia fidelitatem Domino meo D. Raij-
mundo Patriarche Aquilegensi sicut jurat
Vasallus Domino suo, et quod defendam
et manutenebo honorem et statum et
bona et jura ipsius Domini Patriarche et
Ecclesie Aquilegiensis toto meo posse contra
omnem hominem et personam, et quod num-
quam faciam contra eundem D. Patriarcham
et Ecclesiam Aquilegiensem et honorem et
statum eorum verbo vel opere consilio au-
xilio vel favore, et si scivero aliquem vel

aliquos quod vellent contra honorem et statum dictorum D. Patriarche et Ecclesie Aquilegiensis ego illo turbabo toto meo posse, quod si turbare non potero intimabo illud ipsi D. Patriarche per me vel per meum nuncium vel litteras alium quam citius umquam potero ut facti notitia possit pervenire ad eum. Et si idem D. Patriarcha vel alius qui fuerit loco sui queret a me de aliqua sententia, ego de ipsa sententia judicabo secundum conscienciam meam. Et si lata fuerit aliqua sententia coram ipso D. Patriarcha vel coram illo qui fuerit loco sui, illi contra quem lata esset nollet eamdem sententiam observare, ego ad observandum eadem sententiam eidem D. Patriarche et ejus officialibus insistam toto meo posse auxilio consilio et favore. Consilium mihi creditum per ipsum D. Patriarcham vel nuncium ipsius non pandam alicui in prejudicium et damnum honoris et status ipsius D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis et

omnia alia que pertinent ad fidelitatem toto meo posse sibi fideliter observabo sicut debet facere Vassallus Domino suo sic me Deus adjuvet, et hec ad sancta Dei Evangelia. Et acta sunt inter ipsum Dominum Patriarcham et D. Artuicum de Castello tali condicione et pacto quod si antecessores ipsius Domini Patriarch. aliqua de Feudis predictis antiquis investissent, quod neque ipsi D. Patriarche et Ecclesie Aquilegiensi et illis quibus investita fuerant, neque prefacto D. Artuico de Castello in jure suo possit vel debeat per hec aliquod prejudicium generari. In cujus testimonium rei et etiam majus robur memoratus D. Rajmundus Patriarcha Instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.~

Ego Johannes de Lupico Sacri Imperii publicus notarius his presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo.~

Verci — Storia della Marca Trivigiana
Tomo 3. Documento 256

1282. Scomunica e Interdetto che Raimondo Patr. e il suo Sinodo lanciano contro i turbatori dei Beni ecclesiastici

Hoc est exemplum cujusdam instrumenti, cujus tenor, ~~cujus tenor~~ talis est. Aquilegie in majori Ecclesia presentibus Reverendis in Christo Patribus dominis Henrico Tridentino, Bernardo Vicentino, Adalgerio Feltrensi, et Bellunensi, Ulvino Tergestino, Bono Justinopolitano, Bonifacio Parentino, Marcio Cenetensi, Egidio Concordiensi et Bernardo Polensi Episcopis, nec non Venerabilibus Viris Dominis Magistris Leonardo Archidiacono, et Capitulo Aquilegen. ac etiam procuratoribus Venerabilium Patrum dominorum Bartholomei Veronen. Joannis Paduani, Joannis Polensis Prepositi Tervisini, ac Fulcherii Concordiensis episcoporum, et Corado Ossiacen., Pagano Bellunen., et T...... Coriacen. Monasteriorum Abbatibus, fratribus Prospectino Custode fratrum Minorum Forojulii, Jacoba lectore fratrum Predicatorum Conventus Civitaten., et aliorum fidelium tam clericorum, Religiosorum, et Secularium, quam laicorum Aquilegensis Civitatis, Diecesis, et Provincie multitudine copiosa. Reverendus in Christo Pater, et Dominus Raimundus S. Sedis Aquilegensis Patriarcha in Provinciali sua generali sua Synodo quasdam constitutiones in scriptis edidit, et publicavit dicta synodo eas laudante, et approbante sic incipientes. Raimundus Dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarcha ad perpetuam certitudinem et memoriam futurorum; inter quas edidit, et publicavit quandam constitutionem hujus tenoris. Quia nonnullos sic ira produxit impeditos, quod voluntatis libito, abstinentia ruptis habenis, ad illicita relaxato circa invasionem, et occupationem bonorum et jurium ecclesiasticorum tanto impudentius delectantur, quanto qui ea resistant ~~[illegible]~~ rariores inveniunt objectores. Nos hujusmodi pravorum improbis conatibus resistere cupientes, ne neglecta incendia vires sumant, universos tam duces, quam Marchiones, Comites, Barones, Potestates, Capitaneos, Rectores, Communitates, Universitates Civitatum, Castrorum, Villarum, et quorum-

cumque Comitum, ac cives, et quaslibet alias personas cujuscumque pre-
eminentiae, dignitatis, honoris, et gradus, et conditionis, status, et sexus, que
loca, castra, villas, jura, et jurisdictiones, feuda, decimas, census, pedagia,
mutas, argenti fodinas, privilegia, instrumenta publica, et quaslibet ali-
as scripturas publicas et authenticas, prata, nemora, molendina, pascua,
piscarias, possessiones, montes, villas, insulas, paludes, aquas, salinas, do-
mos, et alia bona quaecumque Ecclesiis, Capitulis et Personis Ecclesiasticis
Aquilegiensis Civitatis, Dioecesis, vel Provinciae spectantia occupant, vel quovis
modo detinent occupata, vel ecclesias ipsas, capitula, seu ecclesiasticas perso-
nas impedierint, quominus eis libere pro suae voluntatis libito uti possint, aut in
eis angarias, vel perangarias exercere praesumunt, aut praedictarum Civitatis, Dioe-
cesis, seu Provinciae ecclesias aut Capitula seu ecclesiasticas personas
impediunt, ne in terris, nec possessionibus suis possint uti aquis, aquarum
ve ductibus, salinas facere, vel Molendina construere, aut illis uti pro
suae libito voluntatis, praesenti constitutione diligentius admonemus, et
mandantes, ut infra duos menses a praesentis Constitutionis publicatione
peremptorie eas ipsas, et eadem possessiones praedictis ecclesiis, Capitulis
seu ipsarum Rectoribus, aut Praelatis restituant cum effectu, de per-
ceptis etiam, et quae percipi potuerunt, ac de damnis, et injuriis illatis
satisfaciant competenter, ac ab exactione angariarum et perange-
riarum, et impedimentis, ac occupationibus hujusmodi deinceps pe-
nitus conquiescant, aliorum de voluntate, et assensu suffraganeorum
nostrorum, tam nostra quam totius praesentis auctoritate Concilii, et
nunc pro ut ex tunc in universos qui hujusmodi constitutionis teno-
rem per se, vel per alium, quacumque machinatione, ingenio, arte, vel dolo
violare praesumpserint, si Duces fuerint, vel Marchiones, Comites, vel Barones
Capitanei, Potestates, Vavasores, Cives aut quaevis aliae personae cujuscumque

preminentie, dignitatis, honoris, gradus, conditionis, status, vel sexus excommunicationis sententiam promulgamus: Civitates, Terras, et loca eorundem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Potestatum, Capitaneorum, Vavasorum, seu aliorum Nobilium interdicto ecclesiastico supponentes. Si vero fuerint civitates, sive universitates civitatum, Castrorum Villarum, et quorumcumque locorum Potestates, Gastaldiones, Massarios, Rectores, et Ancianos, Consiliarios, et Officiales ipsorum voluntate, et assensu, et auctoritate predictis excommunicationis, ex nunc vinculo innodamus, et Civitates, Castra, Villas, et loca ipsa ecclesiastico supponi interdicto. Non obstante quod detentores, seu occupatores hujusmodi illicite venditionis, locationis, concessionis, impignorationis, seu infeudationis sibi ~~seu quaslibet alias personas~~ factorum, sive rebelles seu quaslibet alias personas contra Sanctiones Canonicas, vel civiles pretendat titulum, seu allegent. Diocesanis auctoritatem, et licentiam concedentes, quod excommunicatos occasionibus supradictis possint absolvere auctoritate nostra, et interdictum hujusmodi relaxare cum ab ipsis delinquentibus satisfactum fuerit competenter.

Ego etc.

Ego Joannes Notarius predicta instrumenta exemplavi diligenter, prout in Authenticis instrumentis inveni, obmissis tamen diebus, et consulibus

Copiato dalla Storia della Marca Trivigiana del Verci Tomo. 3. pag. 88. documento 263

Frangipane

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1282 28. 9bre Raimondo Patriarca riceve da Capitolo d'Aquileja una casa e due torri che già furono di Vicardo per collocarvi la moglie di suo Nipote e altre donne lombarde

Henricus Brixinensis Episcopus nedum Canonicus erat, sed Archidiaconus qua etate officium hoc sive dignitas amplissimo jure in dioecesi fruebatur. Hoc titulo insignitur in membrana M.CCXXVIII. Ex altera vero, quae decennio vetustior est, dicimus fratrem fuisse Artuici de Strasoldo atque adeo genere nobilem; cujus illustris familia adhuc praeest castro <u>Strasoldi</u>, alibique in provincia Forojulii. Vir Antistes dedit fratribus quo nomine passim tum in Necrologio tum in pluribus Ecclesiae olim nostrae monumentis Canonici intelliguntur, dedit inquam, domum suam <u>cum duabus turribus</u>; quarum una adhuc supererat anno MDCCXXX quo pri-

mus

num cotui canonicorum adscriptus fui.

Has ædes memorat documentum quod olim e tabulario descripsi.

In nomine Christi amen. Anno Millesimo ducentesimo octuagesimo secundo. decime indictionis apud Aquilegiam in antecamera Patriarchali die sabbati tertio exeunte Decembrio, presentibus Magistro Pelegrino, ~~Archidiacono~~, Presbytero Pagano Scolastico, et dño ~~Ulrico~~ Ulrico Preposito Camer Canonico Aquilegensi. Reverendus Pater et dñs Reymundus Dei gratia sancte Aquilegensis sedis Patriarcha confessus fuit et contentus quod domus et curia cum duabus turribus in Aquilegia, que fuerunt dñorum de Villalta (et) sunt Capituli

Ecclesie Aquilegensis, et in nullo spectant
ad ipsum Dominum Patriarcham; sed
capitulum predictum accomodavit ei
de gratia domos ipsas, ut poneret ibi
uxorem nobilis viri dni Gottefredi de la
Turre nepotis sui, et quasdam alias domi=
nas de Lombardia; sed quandocumque
placet dicto Capitulo Aquilegensi, ipsum
Capitulum potest repetere et habere
domos ipsas tamquam suas sine aliquo prejudi=
cio et contradictione cujuscumque.

Ego Johannes de Lurico Sacri Imperii publi=
cus notarius his praesens interfui, et
rogatus scripsi in formam publicam
reducendo.

Vix dum hac perquirebam sese
mihi obtulit antiquum documentum,
in quo cernitur ab [illegible] Utinense
atque de altero Utinensi ac Civitatis, ad cujus
fenestras adeo cum turribus videbat

Dal volume di documenti raccolti dal qm.
Monsignor Bini che ha per titolo Opus-
cula Jacobi Bordini ec. che non ha
numerazione di pagine, ed esiste nella bibliote-
ca del Sig. Conte Filippo di lui nipote in Udine.

Cas.° di Porpetto 4. 9bre 1817.

C. Frangipane

Vedi l'altra pagina, essendo questo qui cominciato per errore

~~Millesimo CCLXXXIII XI apud utinum in casaturre domini patriarche~~

die dominico ultimo Octobris. Presentibus magistro peregrino Archidiacono Carnicle, fratribus humili, et bonifatio de mediolano ordinis minorum, presbitero Pagano scolastico Aquilegensi. et urbano sancti Michaelis de juna, et Montanario de Alba Ecclesia, et Guidone di zyrclach Plebium Plebanis testibus, et aliis quampluris. Reverendissimum patrem Dominus Raimundus Dei gratia sancte Aquilegensis sedis patriarcha in frascriptam confirmationem potuerit in hunc modum. Vacante Monasterio S. Querini prope utinum priorissa per resignationem Marie olim ejusdem monasterii priorisse sorores ejusdem monasterii more solito in Ecclesia ipsius monasterii convenientes in unum pro electione cellebranda priosse future spiritus sancti gratia invocata, Alpiondam dicti monasterii sororem in ipsarum et prefati monasterii priorissam unanimiter, et concorditer elegerunt. Presentato igitur nobis ipsius electe decreto ipsisque sororibus in nostra presentia constitutis nobis fuit humiliter supplicatum ut electionem ipsam curraremus misericorditer confirmare. Quia vero electionem eamdem invenimus de persona idonea cellebratam di: de electionis diligenter examinato decreto ipsam electionem de certa sci: entia duximus confirmandam. In cujus rei testimonium presens in: strumentum fieri jussimus, et nostri sigilli pendentis munimini robo: rari.

Ego Johannes de Lupico sacri palatii publicus notarius supradictis presens interfui, et de mandato predicti domini ~~Reverendissimi patriarche scripsi in formam publicam redducen~~ do

1280 circa. Raimondo Patr. communica al Suffraganeo di Feltre il Breve di Martino IV per la crociata contro Pietro Re d'Aragona

Raymundus Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha Venerabili fratri --- Episcopo Feltrensis salutem in Domino. Reverendus Pater et Dominus B.s Dei Gratia Portuensis Episcopus Apostolice Sedis Legatus nobis quasdam suas litteras super predicatione crucis fecit noviter presentari que --- eundem dominum Legatum nobis et ceteris nostris suffraganeis dirriguntur. mandans nobis specialiter alias litteras suas ut cum hujusmodi crucis predic---- eritatem requirat, de predictis litteris nobis ac ipse nostris suffraganeis destinatis sub sigillo nostro, faceremus eis co-piam exhiberi. et --- qu--- ~~que predicte~~ se littere continent ecle-viter exequenda ipsos diligenter inducere deberemus: Volentes igitur man-datum dicti Domini Legati, ut tenemur exequi Reveren---- ---tatem vestram sollicitamus attentius per presentes quatenus in prosecu-tionem predicationis ipsius prout mandant litteris infrascriptis sic pru-denter, ac ef------ aboretis quod de vestre promptitudinis stu-dio à dicto domino Legato, et nobis possitis merito commendari. Tenorem autem litterarum nobis et diecesis nostris suf---ganeis transmissarum de verbo ad verbum noveritis esse talem. Venera-bilibus in Christo Patris ----- Patriarche Aquilegensis ejusque suffraganeis infra legationis nostre terminos constitutis. Bernar-dus miserecordie Dei Episcopus portuensis Apostolice sedis Legatus salutem in eo qui est omnium vera salus. Litteras Sanctissimi Pa-tris nostri Domini Martini Pape IV. recepimus sub hac forma. Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri B. Episcopus Portuensis Apostolice sedis Legato sanctam et Apostolicam benedictionem Solebat hactenus mater Ecclesia contra infides suos persecutores et fideli

[Margin notes: suplendi ver ... ; predicatione ; ad ea--que predicte littere ; Reverenter fraternitatem ; efficaciter la-boretis ; suffraganeis ; suff]

hoel

fidelium mentes profundis excitari clamoribus exhortationibus instita-
re sedulis, et ipsorum suffragia implorari. Clamabat anxie considerationis
obtutibus eminus inimicos aspiciens anxiebatur quasi parturiens persecutio-
nem populi Christiani sentiens e longinquo. Nunc autem in eo gravio-
ri anxietate posita quo gravius sentit comminus infesta dire persecu-
tionis aculeis, et infestatur durius e vicino de propria liberatione solli-
cita vocem tanto profundioris clamoris exaltat tantoque amarioris solitis
molestias depromere cogitur in auribus filiorum quanto extimare ...
potest amarius doletque ferre molestius per degeneres filios quos sibi
per regenerationis lavacrum genueraverat impeti quam per eos quos adhuc
Paganorum cecitate detentos unitati Ecclesie ipsius, et fidei unda bap-
tismatis non univit. Que siquidem sicut in omnem fere horbis angulum
creditur, diffamat ille iniquitatis filius Petrus quondam Rex Aragonensis
velut in contemptum dampnabili temeritate deductus. quod ratione
Regni Aragonie ipsi Ecclesie à clare memorie quo ipsius Petri
oblati et censualis tam ab illo quam ab aliis predecessoribus constituti
ad fidelitatis debitum, ad quod idem avus ipsius, sicut et suos ceteros
in Regno successores eodem oblationis hujusmodi tempore obligarat nobis
et ipsi Ecclesie tenebatur de procedendo in Africa pretexto colore conti-
nuatis dolis et insidiis machinatis: contra nos eandem Ecclesiam, et
carissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilie Regem illustrem
nulla diffidatione premissa, quod proditionis non caret nota procedens
post execrandas crudelitates rebellium Siculorum, quas nostri proces-
sus super hoc habiti seriosius exprimunt. Insulam Sicilie terram pe-
culiarem ipsius Ecclesie licet jam memorato Sicilie Regi rebellem ...

adhuc

adhuc tamen ejusdem Ecclesie recognoscentem Dominium, et nomen publi[ce] invocantem militum et ~~predictum~~ peditum ~~contenta~~ caterva stipatus indebite occupare presumpsit, et in illa ejusdem Ecclesie pacem turbans, gravem contra eam seditionem excitans gravitatque populum ~~commotans~~ comitans in eam temeritatis prorupit audaciam, quod prefatis rebellibus monitionibus inhibitionibus penarum comminationibus factis, et excommunicationis et interdicti sententiis pronunciatis a Sede Apostolica contra dictos rebelles complices et fautores eorum vilipensis omnino favens, eosque fovens aperte se illorum ducem constituit, et aurigam Regium in Regno Sicilie nomen usurpans se Regem Sicilie nominans, et gerere pro Sicilie Rege presumens ac dictis rebellibus, alisque Regni ejusdem incolis ~~nostre~~ ratione uxorisque filie quondam ~~manfre~~ Manfredi olim principis Tarentini, natorumque communium, et falso teneri confingens. Cum sit notorium eundem Manfredum posterosque suos a successione dicti Regni Sicilie non solum per maculam illegitime ipsius M. nativitatis exclusos. Sed etiam per privationis sententias contra quondam Fedricum Romanorum Imperatorem ipsius M. ut dicitur genitorem per felicis recordationis Innocentium Papam III in Lugdunensi concilio, et postmodum specialiter contra ipsum M. super omnibus que in Regno habebat eodem, per pie memorie Alexandrum Papam, predecessores nostros exigentibus ipsius Manfredi demeritis promulgatas esse, penitus alienos per hec autem et alia que in dictis processus plenius continent idem Petrus memoratos rebelles, et precipue Messanenses adeo in sua malitia affirmavit, quod licet ante ipsius Petri in insula memorata presentiam humiliter venerabilem fratrem nostrum Gerardum Episcopum Sabinensem in partibus illis

Apostolice

Apostolice Sedis Legatum et nuncios suos admitteret postmodum etiam admittere denegarunt. Et quamquam variis monitionibus inhibitionibus penarum inductionibus factis et sententiis similibus latis spetialiter contra eum et adjectis nichilominus contra rebelles eosdem ipsos a cepta malitia curaverimus revocare peremptorie citantes eosdem ut a premissis desistentes omnino infra tempora que ipsis pro peremptorio assignavimus termino ad nostram et ipsius ecclesie mandata redirent. Alioquin contra ipsum Petrum ad exponendum Regnum Aragonie, ac alias terras tempore illo ejus et ad ipsum privandum nec non et contra dictos rebelles ex tunc prout videremus expediens procedere curavemus. Vassallis ipsius Petri a fidelitatis juramento quo tenebantur eidem nichilominus absolutis. Ipsi tamen Petrus et rebelles exhibentes se contumaces horum omnium contemptores, nec premisse citatione pavere nec a sua perversitate desistere curaverint, sed sue iniquitate adjicientes assidue, nec sine occisione multorum et strage ad reliquas partes ejusdem Regni Sicilie occupandas varias multiplicarunt insidias, et conatus multiplices extenderunt. Dictusque Petrus ut nichil ommitteret in persecutionis nostre et ipsius ecclesie intentatum ad pacificum statum Urbis Patrimonij beati Petri aliamque terrarum ipsius ecclesie, nec non et aliarum partium Italie subvertendum, et urbes terras ac partes easdem a nostre obedientie debito advertendas, sicut ex multorum fida relatione percepimus nunc per nuncios, nunc per litteras variis machinantibus nitebatur, et nititur, ac nisis fraudulentis institit, et insistit, ut nos et ecclesia non solum in prefato Regno Sicilie opprimat, sed et in aliis omnibus pro sua concepta contra Deum.

Deum; nos et ipsam Ecclesiam iniquitate conculcet. Horum et variorum excessum Petri et rebellium predictorum quos veluti notorios partim voto vitande prolixitatis attingimus continuatione ipsi Petrus, et rebelles nos, et eandem Ecclesiam ex tunc vexabunt, et adhuc vexare non desinunt eorundem vexationibus continuatis impetebant, et impetunt. Nosque impetiti continue nec immerito anxiamur a ---- ut anxietatibus nostris adijciebant, et incessanter adijciunt totius christianitatis considerata dispendia dum Terre Sancte per hoc impedito subsidio consideramus, necsine, amaritudine nimia terram ipsam desperationis periculo immo et perditionis exponi, et recuperatione imperij Romani quam Paleologi sub---
--- et dicti Regis Sicilie ad eam persequendam nota dispositio paratam et facilem verisimiliter offerebant. Proh hac dolor absque spe proxime facilitatis similis immediati. Has quosque nostras et ipsius Ecclesie amaras angustias nia meditatione pensantes et Reipublice Christiane dampna tam gravia animo graviter sauciato deflentes in discussionis exacte scrutinium inducebamur, et frequenter inducimur quantis sit Petri et rebellium eorundem persecutio plena periculis, quanta discrimina secum trahat. Que cum in sui principio sic negotia Christi sic commoda Christianitatis impediat si ultra procedetur. Si quod absit de occupatione dicti Regni Sicilie iniquum suum desiderium obtineat omnis humani remedij spes in illis saltem ad tempora multa precidetur omnisque labor non solum a felicis recordationis Gregorio Papa X predecessore nostro suisque fratribus sed etiam ab Ecclesia universali assumptus et ipsorum expense profuse ad idem terre prefate subsidium preparandum omni frustrarentur effectu. Ad propulsandam sane tam grandis persecutionis tanquam infesti persecutoris instantiam, et tantam nequitiam reprimendam necessitate cogente varios modos et
vias

vias exquirere diversaque remedia tentare. Illud precipuum nobis justitie et ipsius Petri demerita obtulebat, ut juste viribus debilitatis ipsius idem sic distraheretur ad multa, quod cum minorem ad singula inveniri contingat. Ipso itaque nec in prefato termino nec postmodum ad nostra et ecclesie reddeuntes mandata, immo nec per se aut nuncium vel per litteras suam excusatam contumaciam, sed ~~nostram~~ nos eamdem Ecclesiam et processus nostros contumaciter contemnente ceptasque contra nos et eamdem Ecclesiam injurias, et offensas continue agravante. Nos Regnum Aragonie terrasque ceteras eo tempore dicti Petri de fratrum nostrorum consilio exponentes modo ------- ipsum Petrum tunc Regem Aragonum ipsi Regno et Terris Regnoque honore sententialiter, justitia exigente, privavimus et privantes exposuimus eadem Regnum et terras occupandas Catolicis de quibus et prout dicta sedes Apostolica duceret providendum in eisdem Regni et terris prefacto ejusdem Romane Ecclesie jure salvo. Sicut hec omnia per nos habiti super hiis de fratrum ipsorum consilio processus et latam sententiam seriosius manifestant. Contra memoratos vero rebelles ipsorum exigente contumatia dictos processus prout eorum antedictam sententiam et postmodum rerum manifestius series indicat diversimode curavimus agravare. De utili vero, et efficaci executione privationis expositionis, et occupationis hujusmodi cum eisdem fratribus deliberatione prehabita de ipsorum consilio deliberavimus ~~eisdem~~ ejusdem direximus exitum ad singularem post deum earundem terrarum et Ecclesie defensorem ad christianissimum videlicet genus Carissimi in Christo filii nostri Philippi Francie Regis Illustris. Ipsorumque Regis et generis suique incliti Regni sinceram fidem ac firmam constantem devotionem ad ipsum et Ecclesiam grandemque potentiam attendentes aliquem de ipsius Regis Francie filiis alio tamen ab eo, qui sibi

est

est in ~~domino~~ dicto Regno Francie successurus ad occupandum dictum Regnum Aragonie, et Commitatum Barchinonie, qui est de Terris expositis, qui olim fuerant ~~domini~~ dicti Petri ministerio dilecti filii nostri ~~Iacobi~~ Iohannis Titulo Sancte Sicilie predicti Cardinalis, nunc ~~divine~~ dicte Sedis - - - - - - - - -

- -

- - - - - - - - et ipsum ad id faciendum singulariter deputari. Memorato igitur Rege Francie Archiepiscoporum Episcoporum et Baronum ejusdemque Regni Francie - - - - - - - - - - - - - -

Reliqua desiderantur

Da Autografo in Bergamena mancante nel fine esistente nella Cancelleria della Città.

Da manoscritti di Monsignor Gurra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 76 Nº LIV. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli:

Frangipane

1284. Marzo — D. un Quinternetto presso il Sig. Carlo Fabrizio — 319.

Contestazione dei Canonici di Padova sulla nomina d'un loro Vescovo in faccia al Patt. Raimondo

Iste sunt allegationes, jura, rationes, replicationes, articuli, Capitula positiones, protestationes, et denunciationes, quas coram vobis Reverendissime Pater Domine Raimunde Patriarcha Aquilegensis in judicio sedente pro Tribunali. Ego Savarissius infrascriptus procuratorio nomine omnium quorum sum procurator in specialitatis producio in modum denunciationis, et omni jure, modo et forma exhibeo et depono ad probandum repellendum Articulos, Capitula, jura, positiones, et allegationes in judicio productas, et porrectas coram vobis per magistrum Nicolaum infrascriptum Procuratorem Canonicorum Paduanorum, ut ipsi dicunt, eligentium Johannem de Abbate in Episcopum Paduanum, et ad repellendum dictam electionem, si electio dici potest, et omnem intentionem eligentium, et Electi et ad probandum quod propositionibus meis per partem adversam est respondendum, coram vobis exhibitis in judicio et productis, et quod postulatio facta de Domino Percivallo predicto tanquam canonica celebrato a majori, et saniori presente capituli, immo a toto capitulo Ecclesie Paduane, et ab hiis omnibus penes quos remansit fuit et est omnis potestas eligendi seu postulandi Episcopum et Pastorem in dicta Ecclesia Paduana Dicte electioni, si meretur electio nominari debet preferri et est merito preferenda. Que omnia predicta et singula infrascripta, et quodlibet eorum alternatim, et alternative propono non astringens me ad probandum omnia predicta et infrascripta sed illud solumodo solum quod michi, et parti mee sufficiat ad repellendum intentionem partis adverse, et intentionem meam fundandam. Et quia secundum Apostolum scriptum est: nemini cito manum imponas: Vobis Reverendissime Pater nomine omnium quorum sum procurator, et cujuslibet eorundem cum instantia supplicando denuncio quatenus vobis placet, et velitis ex officio vestro super predictis, et infrascriptis omnibus

bus et singulis eorundem quod sufficiat ad predictam etiam me non prosequente, nec aliquo eorum quorum sunt procurator diligentissime ac sollicite et distincte inquirere veritatem. Et quia Paduana Ecclesia ex longa vacatione passa est et patitur quotidie in spiritualibus et temporalibus lesionem: vobis supplico, et denuncio quod ad ordinationem Episcopatus ecclesie supradicte, prout de jure sive gratia et forma, qua et quibus secundum Deum melius vos potestis quam citius et celerius intendere, et procedere vos velitis, ad hoc ut Ecclesia Paduana ad honorem Domini nostri Jesu Christi Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et totius Curie celestis Romane Ecclesie et Ecclesie Aquilegensis et ad salutem animarum et totius Populi Paduani et ad bonum statum pacificum et quietum Communantie Civitatis ejusdem celeriter ordinetur de bono utili Episcopo et Pastore: et ad faciendum fidem quod idem savaritius esset substitutus Procurator per dictum Dominum Stefanum Saxo procuratorem producit quoddam procuratorium cujus tenor talis est.

Anno Domini M° CC. LXXXIIII. XII. Indictione die V. exeunte Martio. Padue ante januam batisterii majoris Ecclesie presentibus Guillelmino filio Domini Nicolai de Rubeis scolari in Padua Gerardo quoniam Zambonii Marani... Ibique Dominus Stephanus Saxo Judex civis Paduanus nuncius, procurator et Syndicus. W. W. Dominorum Ludovyci Capitis vace, Jacobi de Carturio, Antonio coxadacutie, Francisci de Rernisio Angelo de Zandulphis canonicorum Paduani Postulatorum V. J. Domini Pervivalli de comitibus Canonici Paduani in Episcopum Paduanum et ipsius Domini Pervivalli postulati sicut de procuratione constat publico documento, per Stephanum quondam Raynaldi Notarium confecto a me infrascripto notario

tario viso et lecto, et vi, robore, et virtute ipsius procuratoris publici instrumenti, et litis hujus domino, et contestatione quam ex predictis con-testatus est Procuratorem et Syndicum Dominum Johannis Abbatis, et electorum suorum coram venerabili Patre domino Rajmundo Dei gratia Aquilegensis Patriarcha ---- ordinavit sibi per supradictis dominis ---- nuncium Syndicum ---- Savarisium Notarium suorum Domini Henrici de Est presentem ------ ad agendum et defendendum coram dicto domino Patriarcha, et quolibet ejus vicario et delegato et alio quolibet judice competenti in ejus curia --- ----- contra dominum Johannem Abbatis et suos electores et quoslibet alios contradictores partem, Collegium et universitatem et generaliter ------------ sub obligatione omnium bonorum suorum et Postulati et Postulantium predictorum ---- -----------------

Ego Jacobus Delvisini Pasqualis imperiali auctoritate Notarius iis omnibus presens fui, et rogatus publice scripsi

Aliud Procuratorium Savarisii.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. XII. Indictione die V. exeunte Martio. Padue ante januam Baptisterii majoris Ecclesie Presentibus Guillo Filio Domini Nicolai de Bucis Scolari in Padua, Gerardo quondam Zamboni ----------- ibique venerabiles et discreti Domini Lodovicus Capitisvacce, Jacobus de Carturo, et Franciscus de Leonisso canonici Paduani postulatores venerabilis et discreti viri Domini Percevalli de comitibus canonici Paduani in Episcopum Ecclesie Paduane et idem Dominus Percivallus Postulatus pariter cum ejusdem

eisdem omnes predicti unanimiter - - - - - - - - ordinaverunt
Lavarisium Notarium quondam Domini Henrici de Est presentem - -
- - - nuncium - - - - - - et legitimum procuratorem ad - - - ad
comparendum - - - - coram Venerabili Patre Domino Raimundo
dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, et in ejus Curia et suo
Vicario seu etiam Delegato et coram quocumque - - - ad agendum
- - - - contra Dominum Johannem Abbatis Canonicum Paduanum in Paduam ut asserit Episcopum electum - - - - - - - -
- -
- - - - - - ommissis - - - - - - - - -
- - - - Ego Jacobinus quondam Belvisini Pasqualis imperiali Auctoritate Notarius.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense Tomo XXVIII. pagina 83. N.º LXI. esistenti presso il Nobile Sig.r Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1284 28. Luglio Volchero di Savorgnano investe Gio. di Zuccola di undici mansi in Cosa ed altri feudi rinunciati da Valterpertoldo di Spegnimberg. 40

Anno Domini 1284 indictione 12 die veneris 4° exeunte julii in presentia dominorum Gerardi de Castello ...... Aquileja Franciscus de Orzono, Odorlici filii Joannis Longhi de Civitate Austria, Odorlici Capitanei de Volvasono et aliorum.

Cum Nobilis vir D. Valterpertoldus de Spegnimbergh resignasset et refutasset Domino Volchero de Savorgnano filio quondam Domini Rodulphi totum pheudum quod ipse D. Valterpertoldus et pater ejus, et Domus sua de Spinembergh habebat ab ipso D. Volchero, et a dicto suo Patre, vel a Doma de Savorgnano tam in villam Cose, et plures quam in aliis villis locis de Foro julio ut in Carta ressignationis per me Notarium subscriptum plene continetur, et dictus D. Volcherus de Savorgnano filius quondam D. Rodulphi investivit de sua tenuta, et possessione ad rectum et legale pheudum D. Joannem de Zucula quondam Domini Bernardi de XI mansi sitis in Cosa, et de omnibus aliis terris et feudis quod, et quas D. Valterpertoldus predictus de Spegnimbergh, et Domo sua Spegnimbergh hactenus habuerunt ab ipso D. Volchero, et a Domo sua de Savorgnano in omnibus locis. Qui mansi reguntur per Dominicum Decanum Cose, Sabadinum Peregrinum, Carsutum, Tomasinum, Bertoldum, Michaelem Decanum Dominicum Cigignotum, Rivam de Puteo, Barbam, et per .... filium Decani, et per .... filium Sabadini de Cosa, vel si qua per alii laboratatur mansi predicti, ad habendum, tenendum, possidendum dandum, donandum, alienandum, et quicquid eidem D. Joannes

de

de Zucola et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum facultatem cum domibus, sedimibus, curtis, ortis, areis, clausuris, vineis, vitibus, arboribus, pratis, campis, terris cultis et incultis, selvis, pascuis comunis, viis, semitis, fossatis, venationibus, piscationibus, aquis, ~~aquarumque~~ aquarumve decursibus ablutionibus atque cum omnibus, et singulis qua habent super se in intra, vel infra se accessibus, egressibus, et regressibus suis, usque in vias publicas omnique alio jure, actione, usu, requisitione, servitute, dominio, et honore, commodo et utilitate sibi ~~predictis~~ pro dictis, seu ad ipsos mansos modo quocumque spectantibus et pertinentibus de jure vel de facto, salvo tamen jure, ac consuetudine ut dicetur feudum, quos quidem mansos una cum omnibus aliis feudis ubicumque fuerint in ..... dicere D. Volcherius se ipsius Joannis nomine constituit possidere donec ipsorum tenutam intraverit, et possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi et ~~acceptandi~~ auctoritate propria rettinendi deinceps eidem D. Joanni de Zucola licentiam omnimodam dederunt dummodo sibi D. Odorlicum de Valvasono pro nuncio tenuta, qui ipsum in tenutam ponat, et possessionem corporalem induceret dictorum mansorum, et aliorum feudorum si quid erit in ..... promittens dictus D. Volcherus per se et suosque heredes cum expensis et obligatione suorum bonorum omnium mobilium, et immobilium, presentium et futurorum prememorato D. Joanni de Zucola pro se suisque heredibus stipulanti se hanc investituram perpetuo firma et rata habere, ac tenere. Hec de predictis mansis, et

et feudis jure sua parte ipsorum per se vel alios movere litem: inquietationem vel controversiam illam: imo cum sibi suisque he= redibus ab omni homine, Universitate Collegio, Ecclesia, et persona in ratione legitime difendere, manutenere varentare ac in soli= dum disbrigare .... contra predicta et infrascripta, vel contra aliquid dicere, facere, vel venire ratione aliqua dolo, ingenio ingratitudine, sive causa, de jure vel de facto sub pena dupli va= loris, et extimationis dictorum mansorum, et aliorum feudorum, ut pro tempore plus valuerint vel meliorati fuerint minus quin= que solidorum parvulorum in singulis, et pro singulis .... que .... peti, et exigi valeat cum effectu quotiens commit= tetur in ipsam, et ea soluta, vel non presens nihilominus in= strumentum in omnibus, et per omnia perpetuo suam obtineat stabilem firmitatem. Quibus itaque peractis idem D. Vol= cherus de Savorgnano dictum D. Joannem de Zucola de ante= dictis mansis jure recti, et legali feudi legitime investivit, recipiens ab eo fidelitatem tanquam Dominus a suo vassallo pro feudo predicto.

Actum Civitatis Austrie in Ecclesia S. Joannis.

Jacobinus de Vidor Sacri Pallatii Notarius interfui rogatus et scripsi

Da un processo formato tra consorti di Spilimbergo di ragione del Spetabile Sig.r Francesco Brunelleschi Nodaro, copia del quale auten= tica si conserva nella publica Cancellaria coperto di carta pecora di carte 842 comincia (Instantia et Responsio) e finisce) ingrossatio ut supra — Pagina 828. Tergo

... una raccolta di carte [illegible], e unite insieme, [illegible]
il Sig.r Luigi [illegible] senza numerazione di pagine e senza tito-
lo, e numero progressivo ad ogni documento — etc.
Cast.o di Corsetta 20 7bre 1816 [illegible]

[illegible] Frangipane

1287.27. agosto — Sentenza arbitraria sopra questioni tra il Patriarca ed il Capitolo di Cividale — 41.

Scorretto

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem M.CC.LXXX VIJ indictione XIIIJ dies V exeunte augusto in civitatis austrie, in Patriarchali Palatio. Presentibus dominis fratre Ambrosio preposito Sunen. Bernardo decano civitatensis presbitero Bono de Mediolano magistro Bellino de Brixia et alijs.

Dominus Lodovicus canonicus Aquilegensis Ecclesie ex parte domini Jervini canonici ejusdem ecclesie, Presentibus dominis decano Rantulfo. Henrico de legio, et jacobo de Civitate canonicis dicte Aquilegensis Ecclesie.

Quandam cartam clausam cujus tenor inferius annotatur sigillatam sigillo dicti domini Jeravini, et sigillo Magistri marsilij de martegaltis doctoris decretorum civis bononie presentavit, et dedit domino R. Patriarche Aquilegensi. Que siquidem carta ibidem fuit statim de mandato dicti domini Patriarche et voluntate dictorum decani, et canonicorum Aquilegensis Ecclesie, per magistrum Valterum notarium aperta, et lecta de verbo ad verbum. Qua lecta dictus dominus Patriarcha dixit quod non erat contentus predicto consilio. cum dictus dominus Jeravinus habere debuisset consilium sapientum super his que in carta continentur predicta. et in ipsa carta scriptum est tantum consilium unius sapientis. Unde volebat hoc ad arbitrum boni juris reducere. Prefatus vero Dominus Lodovicus dixit quod suo, et dicti Domini Jeravini nomine pronuntiabat secundum predicte carte tenorem, qui siquidem talis est.

cum

Cum olim per Reverendum in Christo Patrem, et Dominum R. Dei gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcham pro se ex parte una, et pro parte venerabilium virorum q. Magistri Valteri decani, et Capituli Aquilegiensis Ecclesie per eorum procuratores plenariam ad hoc potestatem habentes procuratorio nomine ipsorum comuniter, et divisim super omnibus questionibus litibus, et controversiis que movebantur vel moveri poterant hinc, et inde ratione quacumque compromisso in venerabilem virum Dominum Joannem Archidiaconum, et nos Ferarinus et Lodoicus Canonicos Ecclesie memorate tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores solemniter celebrato traditaque nobis plenaria, et libera potestate in illo arbitrandi, sententiandi, declarandi, diffiniendi, et ordinandi super predictis, et quolibet eorumdem tam amicabiliter, quam de jure ac etiam pro nostre arbitrio voluntatis alte, et basse, sive per omnes nos tres, sive per quosvis nostrum duos apud illos arbitros per quos eidem questiones deffinirentur remanente auctoritate declarandi, et interpretandi si quid in eorum diffinitionibus forent ambiguum, vel obscurum, prout in instrumento publico super his per Valterum de civitate notarium confecto plenius continetur.

Nos predictis Ferarinus, et Lodovicus tunc arbitri, arbitratores et amicabiles compositores presentibus partibus sententiam seu arbitrium super dictis questionibus, et litibus, et controversiis juxta auctoritatem nobis traditam ~~tulerimus~~ tulerimus inter ipsas reservantes nobis ad tollendum omnem

mate-

materiam questionis quia oriri posset in posterum auctoritatem, et potestatem declarandi, interpretandi, et exponendi semel, et pluries si quid in ipsa sententia seu deffinitione foret dubium, vel obscurum secundum quod in instrumento inde confecto per dictum Volterum, seu Henricum de Greck notarium plenius continetur.

Ad nos Ferrarinum, et Lodoicum prędictos per ipsas partes super quibusdam in dicta contentis sententia quas ambiguas asserunt, seu obscura pro ipsis declarandis, interpretandis, seu exponendis cum magna instantia super habitis est recursus. Cum igitur prefatus dominus Patriarcha pro eo quod in dicto arbitrio pronuntiandum duximus quod ipse procurationem habeat moderatam cum visitet secundum quod est in omnibus dissimilium petat à Capitulo memorato sibi satisfieri de quibusdam procurationibus ratione visitationum per ipsum ante latum hujusmodi arbitrium in Ecclesia factarum prędicta. Dictumque Capitulum asserat per nos eundem dominum Patriarcham in satisfactionem dictarum procurationum preteriti temporis ab impetitione ipsius Capituli super centum Marchas in quibus dicebant se ab eodem Dno Patriarcha occasione dictarum procurationum damnificatos fuisse fore sententialiter absolutum. Sicque vocatur in dubium an dictum Capitulum teneatur ad prestationem, seu satisfactionem dictarum procurationum preteriti temporis teneatur.

Nos presenti scripto declaramus jam dictum Capitulum ad satisfactionem

dicta=

dictarum preteriti temporis pracurationum aliquatenus non teneri sed ipsos ab illis penitus absolutos cum in illarum recompensationem dictum Dominum Patriarcham a prefatis centum marchis in dicto arbitrio duximus absolvendum.

Item cum in arbitrio deffiniverimus memorato dictum capitulum, et quemlibet de capitulo massarios, rusticos, colonos, et servos eorum, et cujuslibet de capitulo communiter, et divisim ad prestationem cujuslibet copulatici non teneri.

Item quod Dominus Patriarcha diffinitionem hujusmodi solum ad futurum temporis dicens extendi copulaticum sibi pro preterito tempore petat dari, dictumque capitulum eandem deffinitionem extendi, dicat tam ad preteritum, quam ad futurum. Nos prefatam deffinitionem, tam de preteritum, quam futurum declaramus extendi, ita quod nihil idem Dnus Patriarcha petere de preterito valeat de futuro.

Item cum super eo quod decanus, et capitulum memorati dicebant, quia Dominus Patriarcha angariabat, molestabat, et gravabat per se, et officiales suos massarios, colonos, et rusticos eorum in custodiendis castris, quaitis, caraticis, in compellendo eos stare juri coram se, et aliis muneribus, et honeribus realibus et personalibus arbitrando sententiamus et diffinimus, quod ipse Dominus Patriarcha vel successores sui, aut officiales eorum de cetero in custodiis castrorum, quaitis, caraticis, et aliis muneribus et honeribus realibus, et personalibus, communibus, et privatis, quecumque superius tacta sunt, quocumque nomina censeantur. Rusticos, massarios

sarios, et colonos eorum non molestent, nec gravent, et dictus Dominus Patriarcha dicat predictam deffinitionem ad causas violentie, et sanguinis non extendi, nec extendi debere cum de illis expresse non caueatur ibidem. Capitulum autem predictum asserat in diffinitione contineri predicta. Quod dictus dominus Patriarcha seu successores ejus, vel Officiales eorum in his que tacta sunt superius quocumque nomine censeantur, rusticos, massarios, et collonos dicti capituli non molestent, nec gravent, et pro hoc quia superius tactum est quod dominus Patriarcha angariabat, molestabat, et gravabat inter cetera per se, ac officiales suos prefatos, massarios, colonos, et rusticos, in compellando eos stare juri coram se. Dictam diffinitionem tam ad causas violentie et sanguinis quam alias quascumque extendi; cum stare juri sit commune ad has causas, et illas declaramus, et interpretamus diffinitionem eandem tam ad causas violentie, ac sanguinis quam ad alias quascumque extendi, et de illis per officiales capituli cognosci, et diffiniri debere. Specialiter autem in villis, seu locis in quibus advocatiam habet capitulum memoratum, ut puta in Marano in villis Sancte Marie Longe. Mereti, Ronchis, Ronchetis, Palmate, sancti Laurentii Castalioni, et Morsani. In alijs quoque villis, et locis in quibus sunt bona capituli memorati, massarii, coloni, et rustici eorum in nullis causis stare juri coram ipso Domino Patriarcha vel suis officialibus compellantur nisi in causis que eis irent ad personam vel membrum. Et tunc sive contingat eos perdere personam sive membrum, seu non ipsorum bona habere debeat capitulum supradictum

ista

Ista vero omnia supradicta precipimus sub pena in compromisso contenta a partibus inviolabiliter observari. Et in Christi nomine amen.

Super eo quod in dubium vertitur an dicti arbitri possunt facere declarationes predictas. Consilium mei Marsilij de Montegallis doctoris decretorum Civis Bononiensis est tale.

Quod super primo capitulo ~~supersedeatur~~ supra sedeatur ad presens

Super aliis duobus articulis locum habeat declaratio supradicta si videtur arbitris supradictis

Ego Nicolaus q. ~~Antonii~~ antonii de Civitate Austrie Aquilegiensis Diecesis publicus imperiali auctoritate notarius ex comissione mihi facta per Reverendum in Christo Patrem, et Dominum nostrum Dominum Joannem Dei, et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilejensis dignissimum Patriarcham presens instrumentum pro ut adinveni in notis, seu obreviaturis q. Magistri Valteri notarii civitatensis fideliter scripsi, et publicavi rogatus et &c.

Da libro d'antico caratere coperto di Pergamena intitolato = Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 21 seconda numeratione

Cast.° di Porpetto 23 Gennaro 1677

Frangipane

1288. 22. maggio — Sentenza del Patriarca sulla questione tra Artuico di Castello e il capitolo di Aquileja per la possessione di Marano

1288

Da un protocollo di Nicolò di Cividale Nodaro, che si conserva dal Nob. Sig.r Paolo Fistulario

Sententia seu Arbitrium latum per Reverendum Dominum R. Patriarcham inter Decanum, et Capitulum Aquilegiense ex parte una, et Dominum Artuicum de Castello ex altera occasione Terre Marani

Millesimo. CC.° LXXXVIII.° Prime indictionis die decimo exeunte Majo. in Civitate Austria in Lobia Palatii Patriarchalis presentibus Venerabilibus in Christo Patribus Dominis Fulkero Concordiensi et Symone Emonensis Episcopis Philippo Preposito S. Stephani Aquilegensis, Bernardo Civitatensis et Antonio Concordiensis ecclesiarum decanis; Johanne de Zucola, Symone de Cucanea, Leonardacio de Brazacco testibus et aliis multis. Reverendus Pater et Dominus R. Dei gratia Sancte sedis Aquilegiensis Patriarcha infrascriptum arbitrium, seu sententiam in scriptis protulit in hunc modum. In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. Casus talis est: Homines de Venetiis inimici Aquilegiensis Ecclesie Terram Marani spectantem ad Capitulum Aquilegiense hostiliter ceperunt, et per violentiam invaserunt eandem tenentes aliquamdiu occupatam; Quam quidem Terram Nobilis vir Dominus Artuicus de Castello, dicebat se suis, et amicorum laboribus, viribus et expensis de manibus possessione, et potentia dictorum Venetorum recuperasse, ac etiam liberasse, nec non post hujusmodi liberationem

ipsam

ipsam Terram custodisse, et a predictis inimicis viriliter defendisse; Pro quibus recuperatione, liberatione custodia et defensione dictus Dominus Artuicus asserebat se expendisse, ac dampnificatum fuisse in tribus Millibus, et quingentis Marcis denariorum Aquilegensis monete, quas a Dominis Decano et Capitulo Aquilegiensi dari sibi et restitui, ac satisfieri postulabat. Ex adverso vero Decanus et Capitulum Aquilegiense seu ipsorum procurator ad predicta se teneri negabant dicentes quod dictus Dominus Artuicus dictam Terram Marani non liberaverat nec recuperaverat de manibus sive potentia dictorum Venetorum, immo homines dicte Terre Marani ipsum Dominum Artuicum gente sua tamquam Amicum Aquilegiensis Capituli, postquam jam de Marano dicti Veneti recesserant, voluntarie receperunt et dictam Terram intrare permiserunt. Et quod priusquam reciperetur seu intromitteretur promisit hominibus dicte Terre Marani, quod nec per se, nec per suos lederentur in personis, vel bonis; post hujusmodi vero intromissionem, et receptionem voluntariam dicebant Decanus et Capitulum antedicti, quod dictus Dominus Artuicus dampnificaverat ipsum Aquilegiense Capitulum in duobus milibus marcis denariorum Aquilegensium destruendo domos et munitiones Terre Marani, accipiendo suppellectilia hominum ejusdem Terre, et machinas, lapides, et calcinam, nec non banzonos quos et quas Capitulum predictum ad se spectare et pertinere dicebat, et auferendo censum et alia jura, ac multam pecuniam indebite ex alia causa, quibusdam hominibus

de

de Marano, ac alias injuriando eisdem Decano et Capitulo pro eo presertim quod idem Dominus Artuicus dictam Terram Marani cum esset vassallus predicti Capituli denunciatione et requisitione premissis contra ipsorum voluntatem diutius detinuit occupatam. Que quidem duo millia marcarum predicti Decanus et Capituli sibi dari et restitui postulabant a predicto Domino Artuico ex causis et rationibus antedictis. Unde Nos Raymundus Dei gratia Sancte Sedis Aquileiensis Patriarcha arbiter, arbitrator et amicabilis compositor in hujusmodi questione electus a partibus supradictis visis et diligenter examinatis petitionibus, declarationibus, positionibus, responsionibus, intentionibus, probationibus et attestationibus nec non instrumentis hinc inde productis ac omnibus aliis juribus, que utraque partium producere voluit, et hodie ad audiendam sententiam definitivam seu arbitrium partibus predictis termino assignato, et habitis consilio sapientum, ac inter nos deliberatione matura, et plenaria dicimus, arbitramur, sententiamus ac definimus, et condempnamus prefatos Decanum et Capitulum Aquileiense predicto Domino Artuico de Castello in expensis legitimis, quas idem Dominus Artuicus coram Nobis juraverit se fecisse in neccessaria custodia Terre Marani, a die videlicet qua Veneti qui invaserant Terram Marani recesserunt ab ea et Dominus Artuicus predictus intravit dictam Terram Marani usque ad diem, in qua nuntii seu procuratores ipsorum Decani et Capituli restitutionem dicte Terre ab

eodem

eodem Domino Arturico ejusdem Capituli nomine sibi fieri postularunt, salvo quod si nobis videretur prefatum Dominum Arturicum super hujusmodi expensis nimium excedere in jurando taxationem, et temperamentum in hac parte nostro arbitrio reservamus. A dampnis vero et expensis, quas et que dictus Dominus Arturicus fecit vel sustinuit ex quacumque causa post denunciationem seu requisitionem Terre Mavani ex parte dicti Capituli sibi factam prefatos Decanum et Capitulum absolvimus, supradicto Domino Arturico super hujusmodi perpetuum silentium imponentes. Pro injuria vero quam prefatus Dominus Arturicus memoratis Decano, et Capitulo intulisse dinoscitur in eo quod dictam Terram Mavani tenuit occupatam postquam nuncii ac procuratores dictorum Decani, et Capituli sibi eamdem Terram ipsorum nomine ab ipso Domino Arturico restitui petierunt, prefatum Dominum Arturicum in tanto condempnamus, pro quanto dicti Decanus, et Capitulum coram Nobis juraverint quod noluissent sibi fuisse illata per eum injuria supradicta salvo si ultra debitum nobis videretur ipsos excedere in prestando hujusmodi juramento, ut predicitur, quod id nostro arbitrio modificandum et temperandum similiter reservamus. A ceteris quoque petitionibus omnibus et singulis Decani et Capituli predictorum factis adversus dictum Dominum Arturicum absolvimus ipsum Dominum Arturicum in his Decano et Capitulo predictis perpetuum silentium imponentes. Que omnia et singula supradicta sub pena in compromisso facto in nos a predictis partibus contenta precipimus, et mandamus ab eisdem partibus inviolabiliter observari.

Nobis

Vobis nichilominus potestate et auctoritate plenarie reservata interpretandi, exponendi, declarandi, et manifestandi omni tempore quicquid in hujusmodo nostro arbitrio, seu sententia videretur dubium, vel obscurum. Lecta quoque predicta arbitrii sententia in presentia utriusque partis Dominus Patriarcha predictus petiit a dicto Domino Artusco, ut juramentum prestaret de expensis prout est superius arbitratum. Qui Dominus Artuscus respondit, quod tunc ibidem nullum juramentum volebat facere ullo modo. Et petente similiter ipso Domino Patriarcha a Dominis Pantulfo de Villalta Decano et Capitulo Aquilegiensi predictis, ut simili modo jurarent super injuria de qua superius in predicta arbitrii sententia continetur. Responderunt idem Decanus et Capitulum quod in hujusmodi juramento faciendo supersedere volebant ad presens. Tamen si vellent bene possent jurare quod pro mille marcis denariorum Aquilegensium noluissent sustinuisse injuriam antedictam; unde si Dominus Artuicus predictus juraret forsitan aliquo tempore de dictis expensis, in quibus ipsi predicto Domino Artuico superius sunt condemnati, volebant tunc jurare de injuria supradicta.

(Sig. N. D. Carolus Fabricius

Da manoscritti di Monsig.r Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XL pag. 202 esistente presso il Nob. Sig. Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 1. 7mbre 1818 C. Frangipane

vi. per
vesentibus
'iis. Item
de Budrio
he Aqui-
endam
idam Sthe-
rche inte-
minus Pa-
ederent
ius et
i Patri-
eris ibidem
unt in
a quam
dictori-
ac eorum
ue ac
m marcha
tis

Fine.

1290. 21. febb. Intimazioni del Patriarca a què di Flagogna, e a què di Forgaria perchè desistano dalle ostilità fra loro. 43.
~ Imperfetto

Ex Protocollis Nicolai de Civitate

Preceptum factum - - -

M° CC LXXXX. III. indictione die octavo exeunte Februarii. per villam Flagonee sub monte Castrorum Flagonee. presentibus dominis Withimaro de Zuganea - - - - et aliis. Dominus R. Decanus Aquilegiensis ecclesie ac Nicolaus de Budrio ex parte Reverendi Patris et domini R. Patriarche Aquilegiensis. Altenario. Carradojo et Odolrico filio quondam domini Maynardi de Flagonea presentarunt quasdam litteras eis [illegible] sigillatas sigillo ipsius domini Patriarche integro et illeso in quibus continebatur quod idem dominus Patriarcha mandabat omnibus de Flagonea quod crederent tanquam sibi omnia que dicti dominus R. Decanus et Nicolaus dicerent eis ex parte ipsius domini Patriarche et ea efficaciter adimplerent. Quibus litteris ibidem lectis dicti domini Rantulfus et Nicolaus dederunt in mandatis dictis Caradogo pro eis aliis de Flagonea quam omnibus de Forgaria et ipsorum fautoribus. adiutoribus et complicibus facere deberent statim per se ac eorum fautores adiutores et complices firmas treguas usque ad diem Pentecostes proximum sub pena trecentarum marcharum denariorum novorum Aquilegiensium - - - -

(margin: Rantulfus)

omissis

Pre.

Preceptum factum illis de Forgaria

Predicto die in villa Tinzani que est sub castro Tinzani presentibus dominis Detalmo de Villalta, Francisco de Fontebono, Federico de Utino, Constantino de Utino, Federico de Tinzano, Valteropertoldo et Federico fratribus de Pers testibus et aliis pluribus. Predicti domini Fr. decanus Aquilegiensis et Nicolaus de Sudrio presentaverunt Blavisio de Forgaria ex parte dicti domini Patriarche litteras eis directas eiusdem domini Patriarche sigillo sigillatas in quibus continebatur quod omnes illi de Forgaria deberent credere tanquam ipsi domino Patriarche quicquid ipsi domini decanus et Nicolaus eis dicerent et etiam adimplere. Quibus lectis ibidem dicti domini decanus et Nicolaus dederunt in mandatis dicto Blavisio pro se ac aliis de Forgaria quod omnibus de Flagonia fecerunt treguas et c. per omnia sicut preceptum est illis de Forgaria proximo supra. Qui habito consilio respondit quod domini de Prata et Porciliis qui sibi coadiutores erant in huiusmodi werra ibidem presentes non erant, et non poterant super hiis absque ipsorum voluntate comode respondere. Unde rogabat quod cum cito sint venuti ibidem predicti de Prata et Porciliis deberent expectare responsionem quousque venirent. Qui dominus decanus et Nicolaus dixerunt quod responsionem huiusmodi usque in crastinum ante terciam et non ulterius apud Sanctum Danielem simili modo

pro

prout superius dictum est illis de Flagonia expectarentie
Precipientes eidem Ularisio quod adversus partem per se
vel coadjutores suos interim usque in crastinum hora ter-
tia nullatenus offendat sub pena ccccc. marcharum Dena-
riorum Aquilegiensium.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII. pagina 155; esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Cas.^l di Porpetto 23. Gen.^o 1818

Frangipane

1280 4. maggio Permuta tra il Patriarca Raimondo, e il capitolo d'Aquileja della Pieve di Marano con quella di S. Margherita. 44.

In Christi nomine amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCLXXXX tertie indictionis die 4 intrante majo in Austria Civitatis in Sala Pallatii Patriarchalis presentibus dominis Antonio decano Ecclesie Concordiensis. ~~Plebano~~ Presbitero Montanario Plebano Plebis de Alba Ecclesia. Magistro Jacobo Plebano Mosse. Magistro Joanne de Lupico, et Gujelmo de Civitate Notariis Domini Patriarche Aquilejensis. Carlino de domo Gastaldionis Antri. Pallavino, et Ambrosino hostiariis ejusdem Domini Patriarche testibus ad hec vocatis, et rogatis et aliis. Reverendus Pater dominus Raymundus Dei gratia Sancte Aquilegensis sedis Patriarcha, et parte una, et Viri Venerabiles Capitulum Aquilegensis Ecclesie ex altera videlicet Domini Mathias de Mels. Magistri Albericus Cantor, Laurentius, Leonardus de Flaunaco, Lodovicus et Jacobus de Civitate, Hermanus et Jacobus de Utino. Laurentius de Fagedis. Philipponus, et Paganinus della Turre Thesaurarius, et magister ~~magnificus~~ Valterius de Civitate Canonici Aquilejenses ex altera, vocatis et citatis ibidem propter hoc die specialiter congregatis omnibus de ipso Capitulo qui pro hoc fuerunt evocandi. Considerantes quod redditus jurisdictiones et possessiones, et jura alia quecumque nomine censeantur pertinentia ad plebem, et terram Marani olim prefato Aquilegensis Capitulo per bone memorie Dominum Papponem Patriarcham Aquilegensem collatam pro variis et diversa expensarum onera, que ipsi Capitulo ex dicta Plebe, et Terra imminent maxime occasione Guerrarum discriminum diversorum, non erant eatenus utiles ut debebant quodque prefato Domino Patriarche predicti redditus, proventus, et possessiones

siones jurisdictiones, et jura magis reddundare poterant in poste:
rum ad commodum, et proficuum attendentesque quod redditus
proventus, et possessiones jurisdictiones, et alia jura quocumque
nomine censeantur pertinentia ad plebem Sancte Margarite de
Gruagno Aquilegiensis diecesis, que ad collationem ejusdem domini
Patriarche pertinent, et in cujus possessione vel quasi erant idem
Dominus Patriarcha utilitatis eisdem Capituli decentius adjace:
vent tractatu, et deliberatione inter se prehabitis diligentibus,
Eque pensatis utilitatibus tam dicti domini Patriarche quam
Aquilegiensis Capituli antedicti, reddibus, proventus, possessio:
nes, et jurisdictiones, et alia jura quocumque nomine censeantur
dicte Plebis, et Terre Mattani pro redditibus, proventibus, pos
sessionibus, jurisdictionibus, et juribus aliis quocumque nomi:
ne censentur Plebis Sancte Margarite predicte decreverunt
unanimiter, et concorditer permutare. Et sic memoratus Domi
nus Raimundus Patriarcha per se, et suos successores suo, et Aqui
legensis Ecclesie nomine permutavit, cambiavit, et in cambium de
dit, et tradidit prefato Aquilegensis Capitulo per se suisque
successoribus recipienti eos redditos, et proventus Plebis Sancte
Margarite predicte cum mansis, decimis, decimationibus, quar
tesijs, pratis, campis, silvis, nemoribus terris cultis, et in:
cultis, pascuis, communeis, domibus, hortis, sediminibus, hor
tis, campis, vineis, Brajarzijs, piscationibus, venationibus,
aquis aqueductis, arboribus, vitibus, plantis, sepibus, viva

libus, et fossatis, et omnibus et singulis que habent supra se, intra seu infra se cum liberis accessibus, et egressibus suis usque in vias publicos, cum viis et inviis omnique jure, et actione usu requisitione, servitute dominio, et honore, commodo, et utilitate ipsi domino Patriarche pro predictis, seu aliquo predictorum aliquo modo pertinentibus de jure, vel de facto, et cum omni jure quo ipsum Capitulum dictam Terram Marani habebat ad habendum, tenendum, possidendum, et quicquid dicto Capitulo Aquilejensi; et eorum successoribus deinceps placuerit faciendum. Et hec pro Terra, et Villa Marani, et pro redditibus, et proventibus quos dictum Capitulum in dictis Terra, et Villa Marani habet, ꝶ vel habere debet, seu potest in eorum pertinentijs, et districtibus, quos eosdem redditus, et proventus Terram, et villam Marani, et quicquid habet dictum Capitulum in ipsis, et eorum pertinentijs. Prefatum Capitulum per se suosque successores pro dictis redditibus, et proventibus plebis Sancte Margarite in omnibus ejus pertinentijs supradictis, permutavit, cambiavit, et in concambium dedit, et tradidit dicto Domino Patriarche pro se suisque successoribus recipienti, cum insulis, paludibus, campis, pratis, decimis, decimationibus, quartesijs, mansis, silvis, terris cultis, et incultis, pascuis communeis, domibus, ortis, sedimibus, curejs, ortis, vineis, Bajarcis, piscationibus venationibus, aquis, aquarumductis arboribus, vitibus plantis sepibus rivalibus fossatis ac omnibus, et singulis que habent supra se, intra se, infra se cum liberis accessibus, et egressibus suis usque in vias publicos cum viis et inviis, omnique jure actione usu

usu requisitione dominio servitute, et honore, et commodo ipsi capi=
tulo pro predictis, seu aliquo predictorum quoquomodo pertinentibus
de jure, vel de facto tam in terra, quam in mari, et cum ripatico seu
jura que habet in Carlino, et Muzana ad habendum, tenendum, possi=
dendum, et quicquid dicto domino Patriarche suisque successoribus
deinceps placuerit faciendum. Quas quidem res taliter permutatas dicte
partes contrahentes inter se alter alterius nomine se constituit possi=
dere donec utraque dictarum rerum sibi datarum in concambium
possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi et retinendi
auctoritate propria altera pars alteri de jure et facto licentiam
contulit, et omnimodam potestatem. Promiserunt insuper dicte partes
contrahentes per se suorumque successores sibi ad invicem stipulantes
scilicet dictus dominus Raimundus Patriarcha cum obligatione
omnium bonorum Aquilegiensis Ecclesie Patriarchalium, ac prefatum
Capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsi Capitoli. Predicta
omnia a se permutata ab omni homine universitate Ecclesia, et
collegio, et persona legitime deffendere manutenere, auctorizare, ac in
solidum disbrigare nunquamque de ipsis vel aliquo ipsorum jure
per se, vel alterum movere litem, questionem, seu controversiam ullam,
dictamque permutationem perpetuo ratam, firmam, et gratam habere
atque tenere, nec contra predicta, vel eorum aliquod dicere, face=
re, vel venire ratione aliquam dolo ingenio sive causa. Omnes=
que damnum, et litis expensas, quod vel quas una pars alterius pro
predictis, vel aliquo predictorum sustinuerit in judicio sive extra

integre

integra resarcire sub pena trium millium marcharum denariorum Aquilejensis monete, in singulis capitulis stipulata, et promissa, que to=tiens peti possit, et exigi quotiens commiteretur in ipsam, eaque soluta vel non presens contractus nihilominus contineat plenum robur. Renun=cians etiam utraque pars omni juri canonico, et civili Privilegio sta=tuto laudo consuetudini litteris impetratis, vel impetrandis, et omni alij juri. Quibus possent dicere, vel facere contra predicta vel aliquod predictorum. Predictis quoque anno indictione die ter=tio exeunte junio in Civitate Austria in lobia predicti Pallatij Pa=triarchalis presentibus Presbitero ~~Chiprando~~ Elisprando ~~Magnifico~~ magistro Guielmo vicario dicti Domini Raymundi Patriarche vicario in Civitatensi ecclesia ~~Magnifico~~ magistro Thomo Clerico Sancti Joannis de Padua, ma=gistro ~~Magnifico~~ Joanne de Lupico Notario ejusdem Domini Patriarche Do=menico de Civitate Notario, et aliis testibus ad hec vocatis, et rogatis, et aliis. Cum temporalia supradictarum Terre, et Plebis Marani multo excederent temporalia dicte Plebis Sancte Margarite de Gruanio, et super faciendis additionibus per dictum Dominum Patriarcham ip=sis Aquilejensi Capitulo compromissum fuisset tam per ipsum Do=minum Patriarcham, quam per Capitulum Aquilejensem in venera=biles viros Dominos Hermanum de Utino, et Paganum della Turre Canonicos dicte Aquilejensis Ecclesie. Supradictus Dominus Patriar=cha pro se suosque successores suo, et Aquilejensis nomine in suplementum ejus quod temporalia ipsius Plebis Sancte Margarite de Gruanio minus valent dicta Terra Marani, et temporalibus Ple=bis

bis ejusdem addidit, permutavit, et inconcambium dedit, et tradidit venerabilibus viris Dominis Mathie de mels vicedomino, et Capitulo ecclesie Aquilejensis ibidem propter hoc specialiter ad Capitulum congregatis pro se, ac suis successoribus recipientibus jure proprii infrascriptos mansos et Terras. videlicet ¶ Quatuor mansos jacentes in villa percoti, quorum unus redditur per Matthiam, alius per Martinum, et Nicolaum. Tertius per Thomasium, quartus per Blasium ¶ item octo mansos jacentes in villa Trivignani, quorum unus redditur per Zianonum alius per Simonem, tertius per jacobum Marini, quartus per jacobum de Muris, quintus per Martinum Rodarium, et Marzuttam, sextus per Romanum a Rugapan, septimus per coltrinum, octavus per Andream. Item Terras seu mansum quas seu quem tenent ut Cossani Fradonus, Lucas, et Fradis faber in eadem villa Trivignani. Item Bajarrium in eadem villa de Trivignano quod tenet dictus Cianonus. Item in ipsa eadem villa Caurinam, et Bajartium quam, et quod tenet Romanus, et Marozucca ¶ Item in villa Agelli octo mansos, unus quorum redditur per Matiussium, alter per joanuttum tertius per plactussum. Quartus per Fabon. Quintus per Dominicum, sextus per Andream, septimus per Martinum, Octavum per Mozum cum campis, pratis, silvis, nemoribus, terris cultis, et incultis, pascuis, Comunieis domibus, areis, sediminibus, cureis, ortis, vineis, Bojartiis piscationibus, venationibus aquis aquarum ductibus arboribus, vitibus, plantis, et sepibus, rivalibus, et fossatis, et omnibus

et singulis

et singulis quam habent supra se intra, seu infra se cum liberis accessibus
et egressibus suis usque ad vias publicas cum viis, et ~~juris~~ invijs, cum
cupulatico, et usu silve, omnique jure, jurisdictione actione usu seu re-
quisitione, servitute, dominio, honore, commodo, et utilitate sibi pro ~~predictis~~ dictis
~~seu~~ ex dictis rebus aut ad dictas res modo aliquo pertinentibus de jure,
vel de facto.
Jurisdictione sanguinis, et furti dumtaxat exceptis ad habendum, tenendum,
possidendum, et quicquid dictis Vicedomino, et Capitulo, et eorum successo-
ribus deinceps placuerit perpetuo faciendum pro terra et villa marani
~~seu~~ pro omnibus et singulis quod habent in terra, et villa predictis
et earum pertinentiis et districtibus, quas si quidem terram, et villam
seu quecumque habent in ipsis et earum pertinentiis, et districtibus dicti
~~vecedantur~~ vicedecanus, et Capitulum pro se suoque successores pro
dictis mansis, terris, Bajarcijs et campo permutarunt cambiave-
runt et in concambium dederunt, et tradiderunt jure proprij et
pro temporalibus dicte Abbatis Sancte Margarete de Gruagno dicto
Domino Patriarche pro se suisque successoribus recipienti cum insulis
paludibus, campis pratis silvis nemoribus, terris cultis, et incultis
pascuis communeis, domibus, arreis, sediminibus curijs, ortis, vineis
bajarcijs, piscationibus, venationibus aquis, aquarum de decursibus
arboribus, vitibus, plantis, sepibus rivalibus, et fossatis et omni-
bus, et singulis quod habent supra se, intra se, infra se, cum
liberis accessibus, et egressibus suis usque in vias publicas, cum
viis, et invijs, omnique jure jurisdictione, actione usu, seu re-
quisitione, servitute, dominio, honore, commodo, et utilitate sibi

pro

pro dictis, seu in dictis rebus, aut ad predictas res modo aliquo pertinentibus de jure, vel de facto. Ad habendum tenendum, possidendum et quicquid eidem Domino Patriarche suisque successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quas quidem res taliter permutatas dicte partes contrahentes inter se altera alterius nomine se constituerunt possidere, donec utraque dictarum rerum datarum in concambium possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, et retinendi auctoritate propria altera alteri de jure et facto licentiam contulit, et omnimodam potestatem. Promiserunt inser per se suosque successores dicte partes contrahentes sibi invicem, altera, alteri pro se ac suis successoribus stipulanti videlicet dictus Dominus Patriarcha cum obligatione omnium bonorum Aquilegiensis Ecclesie, et prefati vicedecanus et Capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsi capituli nunquam de dictis rebus a se esse permutatis seu ipsarum aliqua, nec de aliquo jure ipsarum seu alicujus earum per se, vel alteram movere litem questionem vel controversiam ullam. Sed ipsas vel earum quamlibet ab omni homine universitate, et ecclesia, et legitima persona deffendere, manutenere auctorizare, ac in solidum disbrigare nunquamque contra predicta vel eorum aliquod per se vel interpositam personam dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa. Sed omne damnum, et expensis litis, et extra, et interesse sibi integraliter resarcire sub pena trium millium Marcharum denariorum dicte aquilejensis monete in singulis Capitulis stipulata,

et

et promissa. Que totiens peti, et exigi cum effectu possit quotiens committentur in ea, et ipsa soluta, vel non, presens tamen contractus, et omnia que continentur in ipso habeant perpetuo plenum robur. Et supradicta quoque permutatio dictarum plebium Marani, et Sancte Margarete de Gruario de spiritualibus pro spiritualibus, et temporalibus pro temporalibus facta fuit. Renunciaverunt insuper dicte partes omni suo juri tam canonico quam civili, privilegijs, laudo, consuetudini, ac statuto, et quibuslibet litteris impetratis ac etiam impetrandis omnique alio suo juri, actioni, exceptioni, diffensioni et rei sibi competentibus, et competituris cum quibus seu eorum aliquo contra predicta, seu eorum aliquod possent dicere, facere, vel venire, vel de quibus in presenti instrumento plene, et expressa fieri opporteret mentionem.

Ego Joannes de Lupico sacri Imperij publicus Notarius pro ut in notis Nicolai de civitate publici Notarii michi per reverendum Patrem Dominum Petrum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham repevi, presens instrumentum conscripsi, et publicavi.

Da libro d'antico carattere coperto di Pergamena intitolato = Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 11 tergo seconda numerazione

Cast. di Porpetto 19 Gennaro 1811

Frangipane

[illegible] v.

[illegible] d.

[illegible] ley

[illegible] f

[illegible] ro

[illegible] e

[illegible] ls.

[illegible] f

[illegible] l

[illegible] n

[illegible] y

[illegible] e

1290 28 giugno Sentenza arbitraria sui compensi da darsi dal Patriarca al Capitolo d'Aquileja pella permuta di Marano e S. Marg[herita]. 43.

In Christi nomine amen. Anno ejusdem Nativitatis MCCLXXXX tertie indictionis die tertio exeunte junio. In Civitate Austria. In Sola Pallatii Patriarchalis. Praesentibus Presbitero Lipvando. Magistro Guielmo Vicario Domini P[atriarche] Patriarche Aquilejensis in Civitatense Ecclesia. Magistro Thoma Clerico Ecclesie Sancti Joannis de Padua. Magistro Joanne de Lupico Notario dicti Domini Patriarche, et Dominico de Civitate Notario Testibus ad hec vocatis, et rogatis, et alijs. Domini Hermanus de Utino, et Paganus della Turre Canonici Aquilejenses coram Reverendo Patre Domino Raimundo Dei gratia Patriarcha Aquilejensis, et venerabilibus viris Capitulo Aquilejensi videlicet Dominis Matthia de Mels. Alberico cantore, Magistro Laurentio, Lodovico, et Jacobo de Civitate. Philippone della Turre Canonicis Aquilegensibus de ipsorum voluntate tulerunt infrascriptum arbitrum in scriptis sic dicentes

In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen ✠. Nos Hermanus, et Paganus Canonici Aquilegensis, arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores super additionibus faciendis de possessionibus, et redditibus plebis de Gruagno ad Plebem et Terram Marani. Dicimus pronunciamus, et volumus quod Reverendus Pater Dominus Raimundus Patriarcha Aquilejensis det triginta duas marchas in redditibus Aquilegensi capitulo in mansis Gastaldiarum Aquilej, et Tricesimi secundum quod nos ipsi mansos ipsos duxerimus eligendos. Computando frumentum, vinum, et aliud bladum secundum estimationem factam de redditibus Plebium Gruagni, et Marani. Itaque dictum capitulum habeat libere dicta bona cum omni jure, dominio, ac ser

vitute

× vitute, et computando colletas caratuo vel alia quevis jura. Reservantes nobis declarationem, interpretationem et expositionem omnium supradictorum si aliquo tempore questio super premissis aliqua oriretur. Data est mihi Nicolaii a partibus licentia, et libera potestate hujusmodi arbitrium conficiendi, cum omni solemnitate qua debet de consilio sapientum et cum omni melioramento non mutata negotii qualitate

Ego Joannes de Lupico Sacri Imperii Publicus Notarius prout in notis Nicolai de Civitatis publici Notarii mihi per Reverendum Patrem Dominum Petrum Dei gratia Sancte Aquilegiensis Sedis Patriarcham concessis reperi presens instrumentum conscripsi et publicavi et &c.

Da libro d'antico caratere coperto di pergamena intitolato = Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 11 seconda numeratione

Cast. di Porpetto 17 Gennaro 1617

Frangipane

1290. Investit. data dal Vescovo di Feltre e Belluno del castello di Polcenico ai Signori di Polcenico 41

7. Luglio

In Christi nomine Amen.

a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo 1290. Indictione 3. die XV. [illegible]

apud Feltrum, [illegible] Episcopi [illegible]

[illegible] Vorlico, [illegible]

[illegible] et aliis

[illegible] Dei gratia Feltrensis et Bellunensis Episcopus et Comes nomine suo [illegible] investivit Nob. Viros [illegible] de Polcenico [illegible] Geraldutti filiumque [illegible]

[illegible]

[illegible] eorum [illegible] et antecessores [illegible]

[illegible] vidilicet [illegible] de castro [illegible] dominio, [illegible]

[illegible] jurisdictione [illegible]

[illegible] dicti hominis [illegible]

[illegible] et Gerardus [illegible]

in presentia ad Sancta Dei Evangelia iuraverunt et

[illegible] ipsi D.no Episcopo et suo [illegible] in

[illegible] fideles [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] personae [illegible]

[illegible]

[illegible] vel [illegible] machinari, [illegible]

[illegible] vel [illegible] procurare

[illegible] ipsi D.no [illegible]

[illegible] notificare vel [illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible] persona [illegible] et [illegible]

[illegible] adversa [illegible]

[illegible] lucri [illegible] et [illegible] adiuvare et generaliter

puram et veram [illegible] fidelitatem sibi et [illegible]

ac in omnia [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] usque ad proximum [illegible]

[illegible] sibi dare [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ~~[illegible]~~ Morandini [illegible]
[illegible]
[illegible] —

[illegible] 1787
epistole nell' Archivio [illegible]
[illegible] —

[illegible]

ispl

nza

ligt

esen

po

nni

ania

te vo

voce

acho

e/

ssi

de

ne

ture =

n, to

inei ra

go

ve

tum

are

sam

de

98

& vos

7
[illegible]
nza
[illegible]

esen
[illegible]
nni
ania
te
voca
[illegible]
e/
ssi
de
ne
[illegible]
n, [illegible]
[illegible]
re
are tum
tum
de
que
[illegible]

i Apl
e senza
i dal, iq!

presen
et Jpo
urbini
se maria
vitate vo
sta voce
us. Bachi-
altre

ssi
isi de
i xxo ne
datum
inum, do
apitanei re
clapro
rossi, re
um dare tum
uxs tum
de
dale qua
ro a8 rus
videre
e

1292. 10 Giugno Il Patriarca mette al bando alcuni gemonesi che aveano ferito Lamanino suo nipote loro capitano. 47

Vi a un protocollo in 4.to mancante nel principio, e nel fine senza il nome del notaro donatomi (dice il predetto signor Carlo) dal sig.r Carlo Gazotti.

M CCLXXXXII indictione V die X intrante junio Glemone in Platea presentibus dominis Martino Brugno, Lafranchino ejus filio, ac Manzocho et Thomasino Cagatossio de mediolano. Coca de Pizate. Zannino fratre Curtini Albergatoris de Glemona et alijs. Johannes preco de Glemona de mandato Domini R. Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche, ac ejus auctoritate vocavit in bannum et extra gratiam dicti domini Patriarche ac alta voce forebannivit de Glemona et ejus districtum in personis et rebus Biachinum notarium et Stephanum fratres ~~Maretum~~ et Franciscum fratres De Stautis -

- - - - - - - - - - mattiussium dictum Gregoriam filium Nicolai de Artenetis et Cuminum filium quondam domini Stephani de Stautis ~~et~~ eo quod ipsi ut dicitur vulneravarerunt dominum Lamanino de Laturre capitaneum Glemone nepotem dicti domini Patriarche, Blanchinum, Franciscum et Gastinum Cagatossium familiares ipsius domini capitanei facto, opere, auxilio, consilio et favore proximo die jovis elapso in crepusculo, et quod nulli ~~hujusmodi~~ Glemone sex persone liceat nec possit, nec debeat de cetero predictis forebannitis, nec alicui ipsorum dare seu dari facere publice vel occulte aliquod sustentamentum, auxilium consilium et favorem - - - - - - - - - -

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 48 esistenti presso il Nobile Signor Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 13. giugno 1817. Frangipane

1292. 10. giugno   Da Protocollo in b. mancante di principio e di fine senza nome di notajo donatomi (dice il Sig. Carlo Fabrizio) dal Sig. Carlo Gattoldi   Dupl

M° CC° LXXXXII. Indictione V.

Die x° intrante junio Glemone in Platea presentibus dominis magistro Bru-gno. Lafranchino ejus filio, ac Manzocho et Thomasono Cagatossico de Mediolano. Loca de olzate. Zanino fratre Justini Albergatoris de Glemona et aliis. Johannes preco de Glemona de mandato domini R. sancte Aquilegensis Patriarche, ac ejus auctoritate vocavit in bannum et extra gratiam dicti domini Patriarche ac alta voce forebannivit de Glemona et ejus districtu in personis et rebus Brachinum notarium et Stephanum fratres Mareotum et Franciscum fratres de Staulis - - - - - - -
- -
Mattiussium dictus fressora filium Nicolai de Alteretto. et Cuussinum filium quondam domini Stephani de Staulis pro eo quod ipsi ut dicitur vulneraverunt Dominum Lamarinum de Laturre Capitaneum Glemone Nepotem dicti domini Patriarche Blanchinum Franciscum et Pasinum Cagatossicum familiares ipsius domini Capitanei facto opere, auxilio, consilio et favore proximo die jovis elapso in crepusculo. Ita quod nulli homini seu persone liceat nec possit, nec debeat de cetero predictis forebannitis, nec alicuius ipsorum dare seu dari facere publice vel occulte aliquod ~~succ~~ sustentamentum, auxilium, consilium et favorem - - - - - - - - - - - -

Da manoscritti di Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 98 N.° LXXVII. esistenti presso il Nobile signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Cas.° di Porcetto 22 Luglio 1817

Frangipane

1292. 10. Giugno — Bani di alcuni Gemonesi che aveano ferito il lor Capitanio Lamanino Nepote del Patr. ed atti successi di confisca — exemplar perpetuus

Da un Protocollo in 4to mancante nel principio, e nel fine, senza il nome del notaro donatomi dal Sig.r Carlo Gazoldi.

MCCLXXXXII. Indictione V.a

Die X. intrante Junio Glemone in Platea presentibus Dominis Martino Brugno, Lafranchino ejus filio ac Manzecho et Thomasino Capitossiis de Mediolano, Toca de Olzate, Zannino fratre Justini Albergatoris de Glemona et aliis Johannes preco de Glemona de mandato Domini R. (Raymundi) Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarche, ac ejus auctoritate vocavit in bannum et extra gratia dicti Domini Patriarche, ac alta voce forebannivit de Glemona, et ejus districtu in personis et rebus Blachinum Notarium et Stephanum fratres, Marcoyum et Franciscum fratres de Stanlis, Raynerium juniorem et Henricum ejus filium de Stanlis, Jacometum et Raynerium fratres nepotes q.m Parisutti Cuccissinum filium Artuici Boruffoldini, Jorjunissium filium Marini, Matiussium dictum Fressoriam filium Nicolai de Altemeri, et Cuassinum filium q.m Jenini Stephani de Stanlis, pro eo quod ipsi ut dicitur vulneraverunt Dominum Lamarinum delaturre Capitaneum Glemone Nepotem dicti Domini Patriarche, Blanchinum, Franciscum, et Pasinum Capitossium familiares ipsius Domini Capitanei facto, opere, auxilio, consilio, et favore, proximo die Jovis elapso in crepusculo, ita quod nulli homini seu persone liceat, nec possit nec debeat

de

de cetero predictis forebanitis, nec alicui ipsorum dare seu dari facere publice vel occulte aliquod sustentamen, auxilium, consilium, et favorem per se, nec per interpositam personam; quod si aliquis contra hujusmodi mandatum fecerit, vel venire presumpserit quoque modo de ipsis, et quolibet ipsorum fiet tam in personis quam in bonis ipsorum prout de predictis malefactoribus fieri deberet: —

Da carta volante inserita nello stesso Protocollo.

Recordare quod terminus ultimus proclamationis provogatur usque ad octo dies.

Item provogatur terminus divisionis bonorum patrum forebannitorum de Glemona usque ad octo dies.

Item muri usque ad fundamenta diruantur, et quod lapides et lignamina ipsarum domorum portentur in Castrum.

Item quod faciat secari prata et meti campos bladi.

Item faciat inquiri, qui fuerunt illi qui fuerunt armati super Plateam, et apud portas, et qui fuerunt illi qui fuerunt in illo consilio, quod ponerentur illi homines armati in dicta platea, et apud portas, et tunc examinentur illi diligenter per se quilibet

Item examinentur, et inquirantur bona dictorum malefactorum ubicumque illa sint, et accipiantur

Item inquiratur qui asentaverunt se occasione dite rixe a Glemona.

R.

Ri (Raimundus) ✠ Dilectis filiis guardiano et sacriste domus
fratrum minorum de Glemona salutem et benedictionem in Domino.
ad aures nostras fidedignorum relatione pervenit quod multa bona
Jovebannitorum nostrorum de Glemona ad Dominum Fratrum
vestrorum minorum ejusdem loci portata fuerunt et reposita
fore noscuntur. Quare discretioni vestre per presentem manda-
mus quod dicta bona omnia sine diminutione aliqua infra
tres dies ab harum . . . . quem
terminum vobis pro duobus . . . . et uno peremptorio
assignamus Nobili viro domino Thevecto de Laturre Karissimo Ne-
poti nostro integre assignetis alioquin licet inviti ex nunc
pro ex tunc vos hiis scriptis excommunicationis vinculo innoda-
mus. Datum Utini XIIII exeunte Junio V. indictionis

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam
Foroiuliensem spectantem = Tomo I. pag. 93. Cottolus
Fabricius collegit, et descripsit. In casa Fabrizio. Udine

Castello di Porpetto 24. 9bre 1818.

Frangipane

~~:: um de Hoberefaya Mayordomo de Ilajana Wolorcam Illham~~

1292. 21. giugno — Da quinterno presso il Sig. Carlo Fabrizio

Venzone promette risarcimento de' danni fatti ai Genti ossia del Patriarca e ai Gemonesi

In Christi nomine amen Anno ejusdem M. CC.LXXXXII. indictione XV.ª die XI exeunte junii Glemone in domo Consilii presentibus Dominis Odorico Plebano Plebis de Cor Matthia et Adalgero fratribus de Glemona Candido de Trices mo Steffano de Visich de Stautis de Glemona. Bertoloto Notario de Civitate et aliis super omni injuria et offensione que reperiretur illata Domino R. Patriarche Aquileiensi per homines Venzoni offendendo Balistando et lapidibus proicien do homines Glemone, et familiam dicti Domini Patriarche tam super montem Sancte agnetis, quam in strata publica apud Venzonum promisit Raynerottus Camerarius Castri Venzoni pro omnibus de Venzono sub pena centum marcarum denariorum Aquilegensium monete in manibus Domini Herechi recipientis nomine dicti Domini Patriarche parere juri - - - - - - -
pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis Rodolphus dictus Sacador, Fisigardus filius Raydunissij. Creffa. Tribos. Michis. et Wicardus filius Sacerdotis de Venzono fidejussore - -

---

Da carta volante nello stesso

Dichiarazione del Patriarca al Conte di Gorizia sullo stesso argomento

Ad ea que preposita fuerunt per Dominum Ottolinum notarium initiasecretum domini Comitis Reverendus in Christo Pater et Dominus R. Patriarcha Aquilegensis ex parte Domini Alberti Illustris Comitis Goritie orta inter super discordia homines Glemone et homines Venzoni responsum fuit per dictum Dominum Patriarcham Ottolino predicto quod paratus est facere restitui armenta ablata hominibus de Venzono super montem Sancte Agnetis dummodo ipsi homines de Venzono satisfaciant vel prestent securitatem satisfaciendi moltam quam tenentur solvere pro armentis predictis, et aliis que ipsi de Venzono conduxerunt Venzonum que fuerunt ipsa die super dictum montem Dixit etiam dictus Dominus Patriarcha quod cum ipse investivisset Dominum Maynardum Ducem Karinthie, qui tunc erat, omnes su[...] de dicto Venzono et jure quo ipsum habebat Dominus

nus Guillelmus de Venzono sibi non constabat quod dictus Dominus Comes Goritie aliquod jus habeat in Venzono, nec creditur quod ad ipsum spectet. Sed dixit quod ipse ostenderet sibi jus quod se dicit habere in Venzono, et viso jure dicti Domini Comitis paratus erat dictus Dominus Patriarcha quod postea cognoscatur quis inter ipsum Dominum Patriarcham et Dominum Comitem cognoscere debuerit de causa predicta.

Tratto da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliensum = Tomo XXVIII. pagina 95. N.° LXXIII. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Gianpoane

iundo

eadem

postoli

tem.

o impi

ipsa

videli

quod

nsi: con

di ea.

eo fov.

scentes

ue cor

ct se ve

roms

omitti

ti, quod

posse

lectamus

ecclesia

trię,

auxi

vniole

inov

iundo

tus eadem

postoli

tem.

o impi:

d ipsa:

videli:

, quod

nsi con.

dica.

eo for.

scentes

lue con

[illegible]

utile ve.

ronis

comitti:

ti, quod

posse

llectamus

ecclesia

trie,

auxi:

vnicola

inan

Venerabili in Christo Patri et Amico carissimo domino Raymundo Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarche, Conradus eadem gratia sancte Salezburgensis Ecclesie Archiepiscopus Apostolice Sedis legatus salutem et sinceram in Domino caritatem. Adversus Dei Ecclesias innocentes noxia multiplicatio impiorum excandescens inturbant (sic), et nedum turbare gravius ipsarum neccessariam quietem non cessat, imo versus ipsas videlicet supra firmam petram fundatas destruere funditus, quod absit, conatibus impiis et ausus sacrilego elaborant, nisi congregatis in unum viribus Prelatorum resistentia efficaci eadem Ecclesie contra suos persecutores deffensionis clypeo fortius muniantur. Consideratione igitur debita reacognoscentes paternitatem vestram nobis super foedere unionis mutue contrahende vobiscum litteras destinasse, cum id pro bono conservando statu Ecclesiarum utriusque nostrum expediens, et utile reputemus, cum Reverenda Paternitate vestra foedus unionis hujusmodi et amicitie specialiter perpetuo iniendo promittimus constantius per presentes vice prestiti sacramenti, quod vobis pro tempore vite nostre nostris viribus atque posse aderimus, et adesse debemus, volumus, et ac etiam affectamus contra omnes et singulos hostes vestros, et offensores Ecclesie vestre, et specialiter contra dominos Albertum Austrie, et Meynardum Karinthie Duces, favore, consilio et auxilio manuati, videlicet in terris Karinthie, Saunie, Carniole,

Marc

Marchie, ac Fori Julii, quando super hoc per vos fuerimus legitime requisiti. In cujus rei evidentiam et majoris roboris firmitatem presentes litteras sigilli nostri pendentis fecimus ~~munimine~~ roborari. Datum in Sancto Vito pridie Idus Augusti, anno Domini MCCLXXXXII. quinta indictione.

Da Volumi di documenti raccolti dal quondam Monsignor Ottorio d'Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja li quali non hanno titolo ne numerazione di volume, o di pagina, ed esiste nella biblioteca del Sig. Conte Filippo di lui nipote.

Cas.º di Porpetto 21. 7bre 1817. Frangipane

Ulrico conte di Henneberg promette alleanza e soccorso al Patr. contro i Duchi d'Austria e di Carintia. 313.

Reverendo in Christo Patri, et Domino suo carissimo Raymundo Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae. Ulricus Comes de Henneberg cum fidelitatis constantia serviendi perpetuam volun tatem. Egressus a facie Domini Sathan ad Forosiam manum mittens Draco ille serpens Antiquus, qui mundum inficiens, veris potestatem habentibus gladii temporalis ambitionem damnosam, damnabilem, et damnanda temporalium, et rerum periturarum cum ipsis eternaliter perituris in saciabiliter instillavit, ut plerumque per venerabilem Matrem nostram Romanam Ecclesiam, et Romanum Impe rium solemnes variis magnificationibus insignitis utri usque potestatis predicte solemnia confundere, et annichi lare penitus gestientes superbie cornibus murum Catholice fidei diruere satagunt, et veluti pestiferi montes in contritione omnium hominum dictis potestatibus huius seculi subjectorum ad superbiam sui capitis conterrendam, et ad sue radices nequitie erigunt sui capiti diadema, nec parturientem ad solitudinis locum confugere patien tes causa sue malitie et quemadmodum scorpionum irrisi bile oculorum aspectus sub adiecenda conversationis dulcedine ex cordis intimo derivantia fabricare non cessant occulta perfidie nocumenta. Unde cum emergentibus variis, et diversis nocumen torum periculis antidota, quibus statum, et honorem nostrum defendere valeamus, querere necessario teneamur quibus oppu lationibus respirare sub utriusque potestatis gladio debeamus consideratione debita cognoscentes id pro bono statu utriusque nostrum expediens fore utile pariter, et consultum, ut cum Reverenda paternitas vestra fedus unionis, et amicitie specialis perpetuo duraturum inire debeamus, ad cujus unionis

fide

federis observantiam perpetuam obligamus Nos vestre domina-
tionis constantius per presentes vice prestiti juramenti, quod
Vos pro tempore vite nostre nostris viribus, atque posse adhe-
rebimus, et adheremus, et adhere debemus, volumus et etiam
affectamus contra omnes, et singulos hostes vestros, et offen
sores Ecclesie vestre et specialiter contra Dominos Albertum
Austrie, et Maynardum Karinthie Duces favore, consilio,
et auxilio manuale, videlicet in Terris Karinthie, Saunie,
Carniole, Marchie, ac Fori Julii, quando super hoc per Vos fue-
rimus legitime requisiti sicut similiter nobis juvaminis bra-
chium porrigatis. In cujus rei evidentiam, et majoris robo-
ris firmitatem presentes litteras sigilli nostri pendentis
munimine duximus roborari:

Dat. in Castro Iviben in vigilia assumptionis Beate Marie
Anno Domini M·CC·LXXXXII. quinta indictione

Da manoscritti del Conte Asquini
nel nostro Archivio

Cas.° di Porcia 7. Luglio 18??.

[illegible]

renonis .

emulegan

Patriarcha

sum jacen

quem olim

i et tatus

u fuerat

de Radio,

i. Dauli

cimis

ri quam

de S Paulo,

inibus

idam

linus

legensi

o

ogarii

nuba

Senonis.

Aquilegan

Patriarcha

sum jacen

qui olim

si et totus

esse fuerat

lla de Radio,

e S. Pauli

decimis

servi quam

lla de S Paulo,

finibus

ndo idem

zelinus

uilegensi

suo

nogarii

senuta

1292. 12 e 13. 9bre Almerico di Sacile prende possesso per conto del Patriarca di molti beni confiscati ad Ecellino da Romano

Exemplum unius instrumenti, omissis die et Consule hujusmodi tenoris.

Almericus de Sacilo villicus Dni. Gregorii Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Eccleae Patriarche de S. Paulo vice et nomine dicti Dni. Patriarche et Aquilegensis Ecclesie supradicte intromisit unum mansum jacentem in Villa S. Pauli rectum per .... de Militacio qui olim fuit Dni. Ezelini de Romano per intromissionem dicti Mansi et totius Advocationis quam idem dominus Ezelinus habuerat, vel visu fuerat habere in dicta Villa S. Pauli, et in Villa S. Giorgii et in Villa de Radio, et in villa de Mansuris, et in districtu ac consimili cume S. Pauli simulque cum omnibus possessionibus, mansibus, terris et decimis quas memoratus Dus. Ezelinus, vel sui homines, tam servi quam liberi habebant vel videbantur habere in predicta villa de S. Paulo, ac etiam et in aliis supradictis Villis, et in earundem confinibus cum omni earum jurisdictione et Dominio pertinente, dicendo idem Almericus villicus et asserendo quod predicta dictus Dus. Ezelinus habuerat eodem in feodum a Dno. suo Patriarcha et ab Aquilegensi ecclesia et quod feudum de jure caderat et deciderat Dno. suo Patriarche, et Aquilegensi Ecclesie accipiens de vite unius rogarii de supradicto manso, pro omnibus supradictis intromissione tenuta

deinceps et possessione. Actum in villa S. Pauli super nominatum mansum.

Item die Mercurii XII intrante Novembris presentia Joannis de Vecello de Camino degani Dni. Patriarche de Medulo Joanni Pizzoli jurati, et Campari de Medadis Aijcardini de Territorio Roceti filii Joannis Bonini de Angarano, Nicolai de Madruz ...... de Sidvano Laurenti Speciarii de Sacilo, Marci Pisi de Torcello, et aliis pluribus dictus Almericus villicus intromisit nemus de Martella et de Silvella, que nemora sunt ex illa parte fluminis de Plave, super quarum terrarum est Castelletum unum prope fluvium Meduli edificatum per illos qui dictum Nemus de Martella a Dno. Alberico de Romano emerunt, ut dicebatur, accipiens de palea tecti dicte domus ad eundem modum ut superius legitur pro intromissione, tenuta, et possessione. Ipso namque die presentia Joannis de Vecello decani de Medulo supradicti Joannis Pizzoli campari, et jurati de Medadis, Roceti de Angarano, supradictus Almericus villicus intromisit advocationem mansos decimas, et possessiones universas que et quas dictus Dnus. Ezelinus, et sui tam servi quam liberi habebant et videbantur habere in Medulo integraliter, et in ejusdem confinibus, ad eundem modum

prout

prout dictum est superius accipiens de fraschis et frondibus unius
Domerii pro intromissione, tenuta et possessione. Item de Jovis
xiii intrante Novembri jam dictus Almericus villicus dictorum testi=
um presentia intromisit Castrum quondam curie de Medadis ad
supradictum modum ut superius dictum est, per frascam unius
pomerii similiter. Item ipso die et testium supradictorum pre=
sentia memoratus Almericus villicus intromisit villam Fosalte
que super fluvium de Plave juxta riparum versus Tervisium est
sita accipiens de fraschis unius nogarii pro intromissione ad modum
supradictarum intromissionum. Actum in eadem Villa Fosalte
et Castri dicti de Medadis .... in predicto vero die in presentia
dni Rainerii Fratris Prioris S. Marie Cruciferorum de Vene=
tiis, Gosmari de Mussa, Joannis dni Vecello decani de Medulo
Joannis Dizoli Canipani et jurati de Medadis, Roceli de
Angarano et aliorum plurimorum, prefatus Almericus villi=
cus intromisit Castrum de Mussa, simulque cum omnibus posse=
ssionibus, et jurisdictionibus tam terris quam nationibus
eidem Castro integraliter pertinentibus quod castrum
supra fluvium de Plave est situm ad modum et formam

supradictarum intromissionum, accipiens funem pendis grossi dicti castri, dicens quod intromittebat dictum castrum pro dno. Patriarcha, et Aquilegensi Ecclesia. Ideo quia funem erat et sibi de jure pertinebat et quod Ezelinus dictus condam de Romano habuerat in feudum ab Ecclesia Aquilegensi pro intromissione, tenuta, et possessione totius advocationis, possessionis, ac jurisditionis sive dominii, quas et quod dictus Dnus Ezelinus, vel sui tam servi, quam liberi habebant vel videbantur habere in predictis villis et castris per totam Villicationem dictam ab utraque parte fluminis de Plave in confinibus Civitatis Tarvisii, et Episcopatus Cenetensis constitutarum intromisit. Actum ante januam dicti Castri de Mussa.

Verci Storia degli Ecelini Tomo 3. pag. 557. Doc. 297

Frangipane

1283. 25. marzo — Il Patriarca chiede per mezzo de' suoi Nunzj la consegna di Canipa. 52.

Da un Protocollo in 4.to mancante nel principio e nel fine senza il nome del notaro donatomi dal Sig.r Carlo Gazoli.

M. CC. LXXXXIII. Indictione sexta.

Die VII. exeunte Martio Canipe in domo Communis, que est ante portam Castri presentibus domino Presbitero sclavo Plebano Ple-bis .... jorio habitatore Savorniani, Hermano dicto Pincerna filio Domini Fidrioni de Castro Utini et aliis. Domini Con-stantinus, et Benonus de Castro Utini ad hoc ipse reverendi Patris et Domini R. (Raymundi) Patriarche Aquilegiensis Ambasiatores preceperunt Dominis Alberino, Jacomino, Ber-toldi Aymetino, Warnero, filio dicti domini Almerici, et aliis multis de Canipa ibidem astantibus et eos requisive-runt ex parte predicti Domini Patriarche, ut ipsi eis Castrum Canipe vice ac loco ipsius domini Patriarche sta-tim assignare deberent, qui predictis de Canipa responde-runt quod ipsi super hujusmodi Ambasiata vellent Capitu-lum Aquilegiensem et Prelatos et ministeriales et Commu-nitates Terre Fori Julii consulere, et habito ipsorum consilio ipsi domino Patriarche responderent qui erunt ad honorem ipsius domini Patriarche et Ecclesie Aquile-giensis et ipsorum et tunc predicti Ambassiatores precepe-runt pranominatis de Canipa ex parte predicti domini Patriarche quod ipsi usque ad proximum diem Lune per totam diem Utini predictam responsionem faciant eidem domino Patriarche.

Da

Fù a Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam
Forojuliense spectantem = Tomo I. pag. 55 tergo.
Carolus Fabricius Collegit, et Scripsit in Casa Fabrizio

Castello di Porpetto 14. 9bre 1818.

[illegible]

Da un Protocollo in 4.to mancante nel principio e nel fine senza il nome del Notaro donatomi dal Sig.r Carlo Fabricio.

M.CC.LXXXIII. Indictione sexta.

Die VIII.° intrante julio in Castro Utini in nova sala Patriarchali presentibus Dominis Musca de Laturre, Ghino Marchione, Nino de Florentia, pr. Bertoloto de Civitate Not. Magistro Johanne de Lupico Not. infrascripti domini Patriarche, michaele de Lupico et aliis. Dominus Otto Metex cum sex hominibus Armeris equestribus, Federicus dictus Leypachariuis de Windesgrez cum sex et Gepowerus de Gudestain cum sex hominibus Armeris equestribus et Nicolaus Nepos q.m Bernardi de Windisgrez cum persona sua pro omnibus offensionibus et iniuriis per ipsos et eorum familias perpetratis contra infrascriptum Dominum Patriarcham quocumque modo usque ad presentem diem, promiserunt stipulatione solempni sub obligatione et in penam omnium suorum bonorum presentium et futurorum servire, et facere quod ~~[illegible]~~ Arcquindus de ~~Gudestain~~ Gutenstain similiter cum sex hominibus Armeris equestribus servet in Windisgrez, et per totam Provinciam et districtum de Windisgrez reverendo in Christo Patri et Domino R. (Raymundo) Patriarche Aquilegiensi et suis successoribus a proximo die Dominico ad octo dies,

dies, usque ad proximum festum sancti Georgii, et deinde usque ad decem annos completos immediate sequentes ipsorum sumptibus et expensis contra omnes volentes invadere et occupare bona, possessiones, et jura dicti Domini Patriarche et Ecclesie Aquilegiensis, quod ibidem attendere, et observare promiserunt corporali prestito juramento. Ita quod si ipsi predicta omnia non duxerint observanda privati sint omnibus ipsorum bonis predictis propriis et feudalibus, qui predictus Dominus Patriarcha hujusmodi securitate recepta predictas injurias et offensiones eisdem remisit. Cumque vero memorati Domini Otto, Federicus, Gepowar, et Nicolaus a predicto Domino Patriarcha se peterent absolvi ob excommunicatione quam incurrerent pro eo quod ipsi occupaverunt et acceperunt bona ipsius Domini Patriarche, et Ecclesie Aquilegiensis. Castrum de Windesquez ipse Dominus Patriarcha eos a predicta excommunicatione recepto prius ab ipsis sacramento de parendo mandatis Ecclesie, et ipsius Domini Patriarche absolvit, et eos ad Ecclesiastica sacramenta restituit. Dans in mandatis eisdem sub debito prestiti juramenti, ut quilibet ipsorum usque ad unum annum completum quolibet die dicat quadraginta vicibus Pater noster, et quadraginta vicibus Ave Maria et Jejunet quolibet die Veneris usque ad unum annum, et si illa die jejunare non posset, vel nollet pascat

unum

unum pauperum de cum hiis que faciet pro se parare, et quod nunquam accipiat aliquid de bonis Ecclesiasticis, et nunquam veniat nec faciat contra Ecclesias nec contra Ecclesiasticas personas, et quod in tribus diebus Dominicis immediate sequentibus postquam fuerint apud Windesgrez veniat super ostium Ecclesie sancte Elsabet, et rogant omnes movantes, ut supplicent Deum quod ipse dignetur eis parcere culpas ipsorum quas incurrerunt accipiendo bona Ecclesie Aquilegiensis et occupandum Castrum de Windesgrez.

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo I. pag. 60 ordine Fabricius collegit, et descripsit. in casa Fabrizio di Udine

Castello de Porpetto 4. Xbre 1818.

Frangipane

1293. 12. Luglio Quei di Polcenico consentono di rassegnare il Castel d'Aviano entro quattro giorni al Patriarca R. 94.

Dal Diplomatico in 4.to mancante nei primi fogli e nel fine senza il nome del Notaio donatomi dal Sig. Carlo Fabricio.

In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem Millesimo Ducentesimo nonagesimo tertio. Indictione sexta die .xii.o intrante Julio presentibus Venerabili viro Domino Jacobo Electo Concordiensi, Bernardo Decano Civitatensi, Guidetto de Laturre, Francisco de Fontebono, Henrico de Portis de Civitate, Leonardo et Jacobo de Fricano et aliis. Domini Ardoinus et Gerardus de Pulcinico pro se, ac omnibus aliis dominis de Pulcinico promiserunt stipulatione solempni in manibus Reverendi Patris et Domini R. (Raymundi) Patriarche Aquilegiensis sub pena et in penam mille Marcharum denariorum Aquilegiensis monete dare ac assignare nuncio predicti Domini Patriarche habenti literas ipsius Domini Patriarche sigillata sigillo suo super hoc Castrum Aviani infra proximos quatuor dies. Preterea iidem domini Ardoinus et Gerardus promiserunt stipulatione solempni in manibus ipsius Domini Patriarche sub pena dupli infrascriptorum bonorum, restituere in manibus ejusdem Domini Patriarche, omnia que reperientur per illos de Pulcinico seu ipsorum familias esse ablata ipsi Domino Patriarche, ac illi qui erant in dicto Castro loco ipsius, et massariis et hominibus ipsius Domini Patriarche sive per toltas sive quocumque alio modo usque ad proximum (festum) Assumptionis

nis beate Marie: Placuit etiam eidem Domino Patriarche, et prenominatis Dominis de Pulcinico, quod si forte super aliquibus quantitatibus dictorum bonorum, quas aliqui ex predictis Massariis, vel hominibus, vel ille, qui erat in predicto Castro loco ipsius Domini Patriarche, diceret sibi ablatas, misse per Dominos de Pulcinico vel per eorum familias esset questio sive discordia, et quod tam super dissipatione sive devastatione dicti Castri quam super lignis et asseribus in dicto Castro in partibus illis acceptis dicto Domino Patriarche et impositione militie imposite habitatoribus supradictis, Domini Nicolaus de Budrio et Petrus de Castro Utini possint diffinire et ordinare sicut eis placuerit. Pro quibus omnibus attendendis, et firmiter observandis pro predictis Dominis Fedrigo, et Girardo de Pulcinico, Domini Dietalmus de Villalta, Odoricus de Brasoldo et Henricus de Budrio fideiussores fuerunt pro rata. Quibus omnibus sic peractis predictus Dominus Patriarcha eisdem omnibus Dominis de Pulcinico, et habitatoribus Aviani omnes injurias et offensiones per ipsos eidem Domino Patriarche et ejus officiali perpetratas et factas usque ad presentem diem remisit et ipsos ad gratiam suam recepit.

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum

ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo I.
pag. 60 tergo Carolus Fabricius collegit et descripsit.
in casa Fabricio di Udine

6 Genaro 1819. Castello di Porpetto.

[illegible signature]

1283 7 agosto Sentenza arbitraria tra i Prampergh e i Gemonesi da una e il Patr. dall'altra

9 Da quinternetto presso il Sig.r Carlo Fabrizio

per l'occupazione di Chiusa ed Artegna.

M.CCLXXXIII. Indictione sexta die vii. intrante Augusto in Castro

Utini in Palatio Patriarchali presentibus Dominis Ranculfo Decano Aquile-

gensi. Manfredo de Lattuve Archipresbitero Modoetiensis. Magi-

stro Garag[...]ino Archidiacono Carniole Rugeno de Casaliis Cano-

nico Vercelensis. Religiosis Fratribus Johanne de Capereto

Civitatensi

Utinensis et Candido Glemonensis Conven-

tus fratrum minorum Wardiano Raymondino de Laturre

[...] Mavani, Johanne de Portis de Civitate, Leonardo

de Regio et aliis Nobilibus [...] Domini Detalmus de Villalta

Franciscus de Montelongo, et Johannes de Zucola arbitri Arbi-

tratores et Amicabiles compositores omnium litium

questionum et controversiarum que vertebantur seu que

verti poterant inter Reverendum in Christo Patrem et Domin-

um Patriarcham Aquilegensem parte una et Viros Nobiles

Dominos Henricum de Pramperch Mathiam et Adolgerum

fratres ejus de Glemona et Commune et homines Glemo-

ne ex altera prout in Instrumento publico confecto

ex inde per alterum Civitatensem Notarium plenius continetur

in presentia predictorum Domini Patriarche, et Domini Henrici de Spamperch, et Stephani Visich, Bertoldi de Movara, Nicolai de Altenedo, et Candidi Sophoni de Glemona sindicorum et procuratorum dominorum Matthie et Adalgeri fratris ejus et Communis et hominum Glemone prout patet in quodam publico instrumento scripto manu Jacobi Notarij de Glemona talem sententiam tulerunt in scriptis. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Nos Vitalmus de Villalta, Franciscus de Fontebono, et Johannes de Zucula arbitri arbitratores, et amicabiles compositores habentes plenariam potestatem et auctoritatem arbitrandi, sententiandi, diffiniendi, et ordinandi tam amicabiliter, quam de jure, et alte ac basse prout nobis videbitur, super omnibus litibus questionibus et controversiis et discordiis que vertuntur super quibuscumque, quavis occasione vel causa inter Reverendum Patrem et Dominum Rajmondum Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex parte una, et Viros Nobiles Dominum Henricum de Spamperch Matthiam et Adalgerum fratrem ejus de Glemona, et Commune

et homines

et homines Glemone ex altera prout in instrumento publico
confecto exinde per Walterum Civitatensem notarium
plenius continentur sententiando arbitramur et arbitran=
do sententiamus, ordinamus, diffinimus, et volumus quod
concordia et compositio prius per nos facta inter partes
predictas prout in instrumento publico confecto exinde tam
per Albertum quam per Villanum de Civitate notarios
plenius continetur obtineat plenum robur: salvo quod
predicti Nobiles scilicet Domini Henricus, Mattias et Adal=
gerus, et Commune et homines Glemone non tenean=
tur ad aliquam penam ipsi Domino Patriarche pro eo
quod secundum formam dicte compositionis et concordie
non solverunt in proximo preterito festo Sancte Margarethe
dicto domino Patriarche centum marcas, vel si aliter fecerunt
contra concordiam et compositionem hujusmodi, sed illas c.
marcas usque ad quindecim dies ab hodie inclusive ipsi
Domino Patriarche persolvant et quod dicti domini Henricus
et Matthias et Adalgerus ac alii fratres dicti Domini Mat=
tie remaneant, et sint vicini Glemone. Quod in nobis tribus

seu majori parte nostrum si nos tres forte concordare non possemus

remaneat a nunc usque ad annum et diem plena auctoritas

et potestas arbitrandi, sententiandi, diffiniendi et ordinandi

tam amicabiliter quam de jure et alte et basse, prout nobis

vel majori parte nostrum placuerit super injuriis et offensis illatis

dicto Domino Patriarche, et suis per dictos dominos Henricum,

Matthiam et Adolgerum et Commune ac homines Glemone

et eorum fautores, et complices usque ad diem presentem

tam obsidendo seu artando Castrum Glemone et morantes

in illo quam occupando castra Scluse et Artenie, et capien

-do Capitaneum Artence muttarios Scluse et eorum familias

et auferendo bona ipsorum et dicti Domini Patriarche nec

non destruendo orreum ipsius Domini Patriarche in Glemona et

forum exinde exportando, et aliter modo quocumque.

Ita quod de licentia ipsius domini Patriarche, vir Nobilis

dominus Articus de Castello, et Communitates et homines

Civitatis et Utini promittant et se obligent predictis Dominis

Henrico Matthie et ejus fratribus et Communi et hominibus

Glemone astare eis, et ipsos toto posse juvare si dictus

Dominus

Dominus Patriarcha vellet contra eos vel aliquem ipsorum procedere, aut eos molestare occasione injuriarum et offensarum hujusmodi. Item arbitramur, sententiamus, diffinimus, Ordinamus, et praecipiamus quod facta promissione et obligatione hujusmodi pro dictos Dominum Arturum et Communitates et homines Civitatis et Utini statim libere praecise et absolute dicti Domini Henricus, et Fratres ejus et Commune et homines Glemone restituant ipso Domino Patriarche predicto Castra Cluse, et Artenee et deinceps penitus desistant ab obsidione seu artatione dicti Castri Glemone, et hominum custodum in eodem et relaxent omnes captivos supradictos, quodque ipsi de omnibus rebus ablatis et dampnis illatis per eos, vel eorum aliquem, eidem Domino Patriarche ac suis quos et que ipsi confitebuntur infra quindecim dies à confessione hujusmodi eis plenariam satisfactionem impendant. De aliis vero rebus ablatis et dampnis illatis per eos vel ipsorum aliquem dicto Domino Patriarche ac suis quas et que ipsi negabunt, et dictus Dominus Patriarcha legitime in termino sibi per nos prefixo probare poterit eorum

nobis vel majori parte nostrum ipsi Domino Patriarche plenam satisfactionem impendat infra dies quindecim a probatione hujusmodi inclusive. Et quod dictus Dominus Patriarcha omniaque accepta sunt post predictam primam Ordinationem aliquibus hominibus de Glemona per ipsum Dominum Patriarcham vel aliquem ejus Officialem, vel familiarem integre faciat restitui illis quibus sunt accepta infra proximos quindecim dies. Item sententiamus, arbitramur, diffinimus et ordinamus quod dictus Dominus Patriarcha statim plenariam potestatem, et auctoritatem Guardianis fratrum minorum de Civitate Utini, et Glemone moderandi prout videbitur penitentiam in predicta priori compositione ac concordia prefatis dominis Henrico Matthie, et Adalgero, et Communi et Omnibus Glemone per ipsum Dominum Patriarcham injunctam et absolvendi eos ab excomunica-tione quam incurrerant post predictam primam compositionem, et concordiam occupando castra predicta et alias injurias, et dampna inferendo ipsi Domino Patriarche ac suis, et injungendi eis penitentiam salutarem prout eis videbitur, nec non relaxandi interdictum cui subiacet Terra Glemona occasione predicta. Item arbitramur, sententiamus et diffinimus, volumus et ordinamus, quod dictus Dominus Patriarcha non

non faciat illo tempore dictis Dominis Henrico et Matthie ac fratribus ejus et Communi, et hominibus Glemone violentiam aliquam sive tortum, et si forte contingat imposterum ipsos vel eorum aliquem conqueri quod ipse Dominus R. Patriarcha vel Officiales ejus faciat sibi molestiam injuriam sive tortum, nos et diversi viri domini Randifus Aquilegensis et Bernardus Civitatensis decam seu nostrum quinque, pars major habeamus auctoritatem hoc cognoscendi, videlicet et discernendi ac super hoc diffiniendi prout nobis videbitur quodque illud quod per nos quinque vel majorem partem nostrorum fuit diffinitum seu etiam ordinatum debeat a partibus firmiter observari, et quod dictus Dominus R. Patriarcha si quid forte contra ipsum vel ejus Officialem per nos quinque vel majorem partem nostrorum fuerit diffinitum illud infra octo dies à diffinitione hujusmodi complere, seu compleri facere teneatur quodque prefatus Arbiter et Communitates Civitatis et Utini promittant et se obligent prefatis Dominis Henrico et Matthie ac fratribus ejus, et Communi ac hominibus Glemone astare eis et ipsos tot posse juvare si dictus Dominus Rajmundus Patriarcha eos seu ipsorum aliquem molestare seu molestare vellet contra hujusmodi diffinitionis tenorem et hanc sententiam praecipimus à partibus inviolabiliter observari sub pena duorum milium marcarum in compromisso contenta. Cujus pene medietas nobis arbitris alia vero medietas parti observanti

presens arbitrium seu sententiam per illos qui ipsum arbitrium sive sententiam infringerit persolvatur ...

Eisdem anno et indictione, die et loco. Presentibus Dominis Rodulfo Decano Aquilegensi Manfredo de Caturé Archypresbitero Modoeciensis Magistro Peregrino Archidiacono Carniole ac Marchie Rugero de Casalis canonico Vercelensi. Rajmondino de ... Potestate Marani Johanne de Portis de Civitate, Leonardo de Regio et aliis, Dominis Henricus de Portis de Civitate Ottolinus de Canussio Johannes filius quondam Domini Galangani et Thomadus de Civitate. Petrus et Benonus de Castro Utini. Urisuttus et Peruccius de Utino ad hoc Sindici et Procuratores Communitatum et hominum Civitatis et Utini ut in quibusdam instrumentis confectis per manus Antonij de Civitate et Ulrici de Utino Notariorum plenius continetur pro se et Sindicario et procuratorio nomine predictarum Communitatum et hominum Civitatis et Utini, Nobili Viro Domino Henrico de Pramperch pro se ac Domini Matthia et fratribus ejus de Glemona Stephano Ursich Bertoldo de Moraira, Candido Josepho et Nicolao de Altenado de Glemona Sindicis et Procuratoribus Communitatis et hominum Glemone ut patet quoddam publicum instrumentum ... pro predictis Commune et hominibus Glemone quorum sindici ... existunt infrascripto Domino Patriarcha presente ... promiserunt Corporali predicto juramento astare, ac ipsos toto posse juvare si Reverendus in Christo Pater et Dominus R. Patriarcha Aquilegensis vellet aliquo tempore contra eos vel eorum aliquem.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 173 LXXXXIIII. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1293. 20. 7bre   Da protocollo senza nome di notajo   33.
presso il Sig. Carlo Fabrizio
Dietalmo di Villalta presenta al Patr. lettere di Mainardo D. di Carintia sulle questioni di Venzone, e sull'invito alle feste del Duca d'Austria.

CC LXXXXIII. Indictione sexta die XI. exeunte septembris. Civitate in nova sala Palatii Patriarchalis presentibus. W. W. Dominis Jacobo electo Concordiensi, et Bernardo decano Civitatensi, Dominis Asquino de Varmo, Johanne de Zucola et aliis. Ibique W. Domini Detalmus de Villalta et Otto de Reyschen quasdam litteras sigillatas Domini M. Illustris Ducis Carinthie sigillatas ipsius Domini Ducis quodam parvo sigillo in cujus circumscriptione continebatur [ ] sic sic et in medio ipsius sigilli erat sculpta quedam figura cujusdam Aquile Reverendo in Christo Patre et Domino R. Patriarche Aquilegensis ostenderunt, et quasdam petitiones dederunt in scriptis ex parte predicti Domini Ducis, quarum tenores inferius annotantur. Tenor vero dictarum litterarum talis est. M. Dei gratia Karintie Dux. comes Tirolis. Dilecto consanguineo suo Domino Detalmo de Villalta salutem et sincere dilectionis affectum. Transmisimus ad presentiam tuam dilectum nobis Ottonem de Reischon, qui de nostra intentione plenius informabit et secundum hoc cum Domino Patriarcha Aquilegensi super nostris defectibus melius et efficatius potes loqui, et si non in totum saltem in parte deffectus hominum de Venzono studeas emendare, et quod mons de quo lis inter eos et Glemonenses vertitur, eis tamen condividatur. Preterea petimus ex affectu ut ad solepnitatem Ducis Austrie nobiscum ire velis, et si in hoc Patriarcha te impedire vellet dicas quod non amore nostri, sed ducis Austrie vel motu proprio tante solepnitatis decreveris interesse. † Datum apud Welsperch. XV. exeunte septembris. Tenor vero dictarum Ambassatarum talis est. Vobis Reverendo Patri et Domino R. Dei Gratia Aquilegensi Patriarche nos Maijnardus Dux Karinthie in hiis scriptis damnum incommodum et novitatem per nos et nostros homines de

Venzo

venzono factum sr.

(" Così termina per non esser stato registrato
" il restante dal notaro.)

Cf. a manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 122 Al. CI. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Franzisane

1294. 6. Genn. In Protocollo senza nome del notajo presso il Sig. Carlo Fabrizio

Compromesso tra il Patr. e i Signori di Prata scommunicati per l'occupazione di Sitero e altri luoghi

M.CCLXXXXIIII. Indictione septima die VI intrante januario Aquilegie in nova sala Palatii Patriarchalis presentibus Dominis Manfredo de Lature Archipresbitero Modociensi. Guccimanno Plebano Buje, Crescho, Widone. Phebo, et Simbevoldo de Laturre. Johanne de Zucola. Henrico de Tramperch. Venardo de Lozana. et Magistro Conrado de Utino et aliis. super omnibus litibus questionibus et controversiis que vertuntur seu verti possunt inter Reverendum in Christo Patrem et Dominum R. Patriarcham Aquilegensem ex parte una et Nobiles viros dominos Wecelonem, et Pileum, et alios dominos de Prata ex altera. idem Dominus Patriarcha Pro se suisque successoribus suo et Aquilegensis Ecclesie nomine ex parte una, et predicti Domini Wecelo, et Pileus pro se ac omnibus aliis dominis de Pratta absentibus ex altera venerabiles viros dominos Gilonum Archidiaconum Aquilegensem et Bernardum decanum Civitatensem ac Nobiles Viros dominos Detalmum de Villalta et Henricum de Gramperch pro amicabilibus amicis, et tractatoribus eligerunt, qui inter ipsos partes visis et examinatis utriusque partis juribus super predictis questionibus usque ad proximum festum purificationis Beate Marie amicabiliter de voluntate ipsarum partium valeant diffinire inter ipsas partes pacto hujusmodi interveniente, videlicet quod si ipsi tractatores super dictis questionibus ipsas partes non redducerent ad concordiam ipse Dominus Patriarcha infrascriptos sententiatores videlicet venerabiles Viros dominos Borsam Episcopum de Sergestinum Francuffum Decanum et Gilonum Archidiaconum Aquilegensem. Suavattum Belinensis. Bertoldum. Mosacensis. Johannem Rosacensis. et Hermanum

Sext.

Sextensis Monasterium Abbates, ac Nobiles VV. Dominos Articum de Castello. Getalmum de Villalta. Manfredum et Lodoycum de Porcilis. Odoricum de Strasoldo. Adrigenum de Pulcinico. Bartholomeum et Magnardum de Castillerio. Federicum de Villalta et Girardum de Pulcinico. Asquinum de Varmo. Johannem de ---- Federicum de Varmo Nicolaum et Odorlicum de Budrio. Bartholomeum de Pricano. Thoma de Cucanea. Henricum de Prampergh. Petrum et Constantinum de Utino Matthiam de Glemona, Warienduum de Oxoyrio. Henricum et Johannem de Portis. Quonzone quoniam Domini Birbici, et Johannem longum de Civitate. Wariendum de Oxoyrio. Ortinium de Mels. Leonardinium de Brazzacho. Ulricum de Pertsumberch. et Wilimanum de Faganea coram se Utini. infra proximos quindecim dies sequentes post predictum festum per litteras vel nuncios suos debeant convocare. Ita tamen quod si aliquis vel aliqui predictorum sententiatorum taliter vocatus seu vocati non venerit seu non venerint idem Dominus Patriarcha alium seu alios loco illorum qui non venerit seu non venerint quos predicti tractatores duxerint eligendos predicto modo debeat convocare quintodecimo die à predicto festo purificationis inclusive coram illo judice, quem ipse Dominus Patriarcha per sententiam ipsa die ponet loco sui utraque pars tam super Castris Sancti Steni et Turris quam super omnibus aliis, qui alter alteri habeat dicere ac petere omnia sua jura exponet predictus Dominus Patriarcha suo et Aquilegensis Ecclesie nomine sub pena mille marcarum denariorum Aquilegensium ad hec idem Dominus Patriarcha

omnia

omnia Aquilegensis Ecclesie bona obligando et predicti domini Wecello et Vileus sub pena mille marcarum danariorum Aquilegensium ad hec iidem Domini Wecello et Vileus omnia bona ipsorum obligando stipulatione promiserunt solempni se ratum habituros et firmum quidquid per dictos sententiatores seu majorem partem fuerit diffinitum hoc salvo quod quelibet dictarum partium que a sententia seu a sententiis que ferretur seu ferrentur ipsa die vel in alios octo diebus immediate sequentibus si predicta quintodecima die predicte questiones non fuerint terminate senserit se gravatum ad Regem Romanorum valeat appellare ac ipsam appellationem seu appellationes prosequi secundum pacta inter ipsas partes alias habita per manum Nicolaij de Civitate Notarium scripta. Ita tamen quod pars que appellaverit unam appellationem seu plures super quo fuerit appellatum prout placitatum extiterit valeat habere sub sigillo judicis supradicto. Ita tamen quod si predicta non terminabuntur ut predictum est aliqua causa legitima interveniente tam processus dictarum causarum quam predicta pacta scripta manu dicti Nicole de Civitatis Notarius in eo statu remaneant et esse debeant, in quo nunc esse noscuntur. Ita tamen quod si predicti Domini de Prata in predicto quintodecimo die ultimi non duxerint comparendum coram judice supradicto

et

et si comparuerint et uti noluerint juribus ipsorum dare teneantur ipsi domino Patriarche nomine pene mille marcas danariorum Aquilegensium nisi aliquod sic pedimentum interveniret et e converso si predictus dominus Patriarcha predictos sententiatores non vocaret ut predictum est et si ipsa die uti nollet juribus suis, ut predictum est dare teneatur predictis dominis de Prata nomine pene mille marcas danariorum Aquilegensium. Quorum quidem quilibet dictorum quadraginta sententiatorum jurare debeat ad S. D. E. recte sententiare secundum ipsorum conscientias super hiis que ab ambabus partibus proponentur. Promiserunt quoque predicti domini Vecello et Tilceus in manibus predicti domini Patriarche stipulatione solemni sub pena et in pena mille marcarum danariorum Aquilegensium ad hoc sibi obligando omnia ipsorum bona facere quod predicti alii domini de Prata predicta omnia per ipsos facta approbabunt, ratificabunt, et rata et firma in perpetuum habebunt, et quod nunquam per se vel aliquam aliam personam contrafacient vel venient ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa. Promisit insuper predictus dominus Patriarcha stipulatione solemni in manibus eorundem dominorum Vecellonis et Tilcei sub pena mille marcarum danariorum Aquilegensium ad hoc Aquilegensis Ecclesie bona

obligando

obligando facere quod Dominus R. Decanus et Capitulum Aquilegenses omnia et singula supradicta rata et firma habebunt et ipsa ratificabunt ac etiam approbabunt hodie sive cras tota die.

Die VIII. intrante januario, Aquilegie in sala Patriarchalis Palatii; presentibus dominis Bernardo decano et Nicola Canonico Civitatensi. et Presbitero Peregrino scolastico Aquilegensi, et Zumfredino de ~~Latur~~ Latturre et aliis. V.V. Domini Rancullus Decanus et Capitulum Ecclesie Aquilegensis videlicet Domini Gettonus Archidiaconus, Paganus Thesaurarius, magister Albricus cantor. Gibertus de Tortona Magister Leonardus de Faugnaco. Lodoycus ~~Ledoffaud~~ de Civitate. Jacobus de Utino et Magister Marinus Canonici Aquilegensis Ecclesie predicta omnia et singula ratificaverunt et approbaverunt, et ipsis omnibus suum prestaverunt ~~assensum~~ assensum pariter et consensum.

Die XI intrante januario, Aquilegie in nova sala Palatii Patriarchalis presentibus Dominis Bernardo Decano et Magistro Marino Canonico Civitatensi. Johanne de Zuculla. Gabriele de Strasoldo. ~~Venardo~~ de Lozano et aliis. cum Nob. V. Domini Vecello et Pellius de Strata a Reverendo in Christo Patre et Domino Re Patriarcha Aquilegensi se peterent absolvi ab excommunicatione quam incurrerant occupando Castrum Sancti Steni et Turris, et alia bona ipsius Domini Patriarche et suorum ~~subditorum~~ preiudicando juri ipsorum. ipse Dominus Patriarcha ab ipsis primo in pareneo mandatis

Ecce..

ecclesie et ipsius domini Patriarche juramento recepto ipsos absolvit, et ad ecclesiae sacramenta restituit.

Fra manoscritti di monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 126 N.o C.V. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1294. 8. Genn.° (continua del 8. Genn.°)

Da Protocollo senza nome di notajo presso il Sig. Carlo Fabrizio

Tregua fra il Patriarca e i Signori di Camino

58
V. Alter
A

M.° CC.LXXXXIIII.° Indictione septima

Die VIII intrante januario Aquilegia in Domo sic de Aquilegia presentibus Nobilibus W. Dominis Detalmo de Villalta. Nicolao de Budrio. Thomasio de Polcinico. Nicolao dicto Boldachino de Civitate. Petro de Utino. Symone de Flagonea. et aliis Magnificus dominus Girardus de Camino Civitatis et districtus Tarvisij Capitaneus Generalis promisit stipulatione solempni in manibus ~~...~~ V. V. domini Ranulfi decani Aquilegensis recipientis nomine vice et loco Reverendi Patris et domini Raymundi Patriarche Aquilegensis quod ipse dominus Gerardus et suis subditi fauctores, coadjutores servabunt et tenebunt ab hodierna die usque ad septimum diem exeunte Februarij firmas treugas predicto domino Patriarche et omnibus aliis fauctoribus coadjutoribus et subditis ipsius domini Patriarche sub pena mille marcarum ~~...~~ denariorum Aquilegensium ~~...~~ prestita manuali; ita tamen quod si predictus dominus Patriarcha versa vice similes treugas eidem domino Gerardo et suis fauctoribus subditis et coadjutoribus non fecerit usque ad proximos octo dies, quod supradicte Treuge obbligatio et data predicta nullius sint valoris. Protestatus fuit immo ipse dominus Gerardus quod ipse non debeat teneri ad penam et sacramentum predicta, si aliquis de suis ante suum presentem redditum ad Tarvisium treugas hujusmodi violaret

vel

rel cum eis de hujusmodi Treugis non constet nec possit con=
stare :: :: :

Tratto manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Ci=
vidale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII
pagina 130 Nº. CIX. esistenti presso il Nobile Signore
Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Franguiane

simo quar:
amera ra:
Vergesti:
legensi.
l aliis.
legensis se.
arium et
nquam
reseruitem.
um in
t, et quo.
t alter
robur
issent
ipsius.
nibus suis
quites
et unum
t quommo.
fuerit
quommodo.
uta equites
is bonos
am Rome
oibus

essimo quar-
lamera io-
o Tergesti-
itegensis.
et aliis.
legensis se-
'arium et
anquam
presentem.
rum in
et, et quid.
ot alter
robur
issent

ipsius,
nnibus suis
quites
et unum
et quommo,
fuerit
quommodo.
nta equites
ios bonos
rum trom-
iatis

1294. 12 Genn.° Da Protocollo senza nome presso il Sig. Carlo Fabricio 38.

Il Patriarca nomina suoi nunzi per segnar trattato con Padova

In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto Indictione septima die XII. intrante januario. Aquilegie in camera Patriarchali Presentibus venerabili Patre Domino Brisa episcopo Tergestino Dominis Ranculfo Decano et Magistro Leonardo canonico Aquilegensi. Manfeo Squara potestate Aquileje Grimaldino de Marliano et aliis. Reverendus in Christo Pater et Dominus R. Patriarcha Aquilegensis fecit constituit et ordinavit. D. D. Dominos Paganum Thesaurarium et Philippum de Laturre Canonicos Aquilegenses licet absentes, tanquam presentes et Magistrum Marianum Canonicum Aquilegensem presentem et hoc mandatum sponte suscipientem, et unumquemque ipsorum in solidum suos certos nuncios actores et legitimos procuratores, et quid quod melius utilius et amplius potest et quod unus inceperit alter mediare valeat et finire, et quod unus eorum fecerit planum robur obtineat firmitatis, ac si omnes tres id simul et semel fecissent seu facerent ad promittendum communi Padue, seu syndico ipsius quod ipse Dominus Patriarcha ipsi communi Padue dabit omnibus suis dampnis, periculis et expensis quinquaginta Balistarios equites bene armatos quorum quilibet habeat duos equos videlicet unum bonum ab armis, et alium pro Roncerio et quod ipsos mittet quomodocumque per ipsum commune ipse Dominus Patriarcha fuerit requisitus, ac tenebit continue sex mensibus ubicumque et quomodocumque ipsi communi videbitur expedire, et alios quinquaginta equites, quorum quilibet habeat duos equos ut supradictum est et duos bonos et honorabiles Capitaneos cum bonis equis et duos equites cum tromb-

batis

bettis ultra numerum prelibatum, quorumunus Capitaneus fuerit Balista-
ris, alter vero militibus et ad faciendum finem et remissionem pro
ipso Domino Patriarcha et Ecclesia Aquilegensi Communi Padue vel ejus
Syndico et singularibus personis Padue et ejus districtus de omnibus
perceptis et habitis pro Communi Padue et aliis quibuscumque personis
causam sive jus ab ipso communi habentibus pro pensione domorum
et possessionum situatarum Padue et in Paduano districtu ad prefatum
Dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegensem spectantium et de omni-
bus damnis et injuriis per dictum Commune et singulares personas
Civitatis ac districtus Padue dictis Domino Patriarche et Aquilegensis
Ecclesie illatis occasione predicta usque ad diem contractuum celebra-
torum super predictis et infra dicendis inter partes predictas et ad pe-
tendum et recipiendum ab ipso Communi Padue seu ab ejus Syndico

in recompensationem supradictorum equitum et
Balistariorum Communi Padue per predictum Dominum Patriarcham
dandorum et pro remissione omnium habitorum et perceptorum ab
ipso Communi Padue sive ab aliis quibuscumque ab eo causam sive
jus habentibus pro pensione Domorum et possessionum et omnium
predictorum per supradictum Dominum Patriarcham prefato Communi
Padue sive ipsius Syndico facienda, nec non pro remissione omnium
damnorum et injuriarum ipsi Domino Patriarche et Aquilegensi
Ecclesie per predictum Commune Padue et singulares personas Civita-
tis ejusdem illatorum, et illatarum occasione predicta facienda fi-
nem remissionem, et quietantiam, de omnibus dattiis seu collectis,

quas

1. sex n.° 3

1294. 22 Gen.° Da protocollo senza nome presso il Sig. Carlo Fabrizio Trattato del Patr. e Coi Padovani 58.B

M.° CCLXXXXIIII.°

Die X.° exeunte januario Padue super domum ancianorum de Padua. Presentibus dominis Girardo de vitaliano legum doctore Albrizzetto iudice filio domini Alberti de domino Hengolardo, Beldemando filio domini Henregeti notario. Tiseo notario de campo sancti Martini civibus Paduanis et aliis. Coram Nobilibus viro domino Girardo de jussano de Cremona honorabili potestate Padue, et discretis viris dominis Petro judice de Piscio, johanne de Lenguadevacca. Guidone de rogatis, johanne filio domini Ridonis de sancto Lazaro, Alberto de domino Hengolardo, Dominico quondam Petri de domino urbano longo, Antonio domini Guilelmi de spoleto, Alphane domini capitis hominis, Ivano domini Grimaldi, Antonio de Plumbiolis, Johanne cerdone de contra sancte crucis, et Laurentio Zuperasio quondam Aliotti Ancianis comunantie fratalearum et populi Paduani venerabili viri domini Pagani Thesaurarius et Philippinus de Laturre, et magister Maninus canonici ecclesie Aquilegensis actores, procuratores et nuntij Reverendi patris et domini R. sancte sedis Aquilegensis Patriarche ad infrascripta facienda specialiter deputatis ut patet in quodam publico instrumento exinde confecto per manum mei notarij infrascripti sub anno et indictione predictis die XII intrante januario Aquilegie in camera patriarchali, promiserunt stipulatione solempni cum obligatione omnium bonorum ecclesie Aquilegensis pro ipso domino Patriarcha et ecclesia Aquilegensis Honori notario filio domini Omneboni de Vacabruno de Padua syndico communis Padue ut patet in quodam publico instrumento exinde confecto per manum johan-

Johannis notarij quendam Nicolai Avio sub anno et indictione predictis die
sic exeunte januario ad infrascripta facienda recipienda, et promittenda constituto nomine communis Padue et pro ipso commune et singularibus personis civitatis et districtus Padue recipienti quod dictus Raymundus Patriarcha et Aquilegensis Ecclesia dabit suis omnibus periculis dampnis, et expensis communi Padue Quinquaginta Balistarios equites bene armatos, quorum quilibet habeat duos equos videlicet unum bonum ab armis et alium pro roncino et ipsos mittet communi Padue quocumque ipse dominus Patriarcha per dictum commune fuerit requisitus, et ipsos tenebit continue sex mensibus et ubicumque et quomodocumque dicto communi videbitur expedire ac quinquaginta alios equites quorum quilibet habeat duos equos ut supradictum est, et duos bonos et honorabiles capitaneos cum bonis equis et duos equites cum trombetis ultra numerum prelibatum, quorum capitaneorum unus presit balistariis, alter vero militibus. Fecerunt insuper prefati Domini Patriarche procuratores actores et nuncii memorati nomine ipsius Domini Patriarche et Aquilegensis ecclesie, prenominato sindico communis Padue nomine ipsius communis Padue et singularium personarum Civitatis et districtus Padue recipienti finem, quietantiam, remissionem et pactum de non ulterius petendo aliquid de omnibus, occupatis, et habitis per commune Padue, et aliis quibuscumque personis a communi Padue causam sive jus habentibus quomodocumque pro pensione domorum, et possessionum ad dictum Dominum Patriarcham et Aquilegensem Ecclesiam spectantium positarum Padue et in Paduano districtu et de omnibus dampnis et injuriis per ipsum commune Padue et singulares personas civitatis et districtus ejusdem
pret

prefato domino Patriarche et Aquilegensis Ecclesie illatis occasione sue predicta usque ad diem presentis contractus versa similiter vice predictus Honor syndicus communis Padue occasione dictorum militum et Balistariorum communi Padue ut suprascriptum est per dominum Patriarcham dandorum pro remissione affictuum et redditum domorum, et possessionum ad ipsum dominum Patriarcham et Aquilegensem ecclesiam spectantium sitarum Padue et in Paduano districtu per procuratores nuncios et actores prefati domini Patriarche et nomine ipsius domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie ipsi syndico nomine communis et singularium personarum civitatis et districtus recipienti facta et pro omnibus aliis obligationibus premissis et remissionibus per jam dictos procuratores nuncios et actores dicti domini Patriarche nomine ipsius domini Patriarche, et Ecclesie Aquilegensis ad ipsa facienda legitime constitutos communis Padue nomine quo supra recipienti factis, fecit suprascriptis procuratoribus nunciis et actoribus prelibati domini Patriarche ad hoc legitime constitutis nomine ipsius domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie recipientibus remissionem finem, quietantiam et pactum de non ulterius petendo aliquid de omnibus et singulis datiis seu colectis quas predictus dominus Patriarcha pro se ac Aquilegensi Ecclesia dare tenebatur et tenebitur communi Padue usque ad diem presentis contractus, et fecit etiam finem quietationem, et remissionem nomine quo supra jamdictis procuratoribus prelibato nomine recipientibus de omnibus dampnis, et iniuriis per dictum dominum Patriarcham et Aquilegensem Ecclesiam et districtuales ipsius. Promisit ipsum predictus Syndicus communis Padue nomine quo supra cum obligatione omnium bonorum communis Padue stipulatione se

tempore

solempni interveniente dictis procuratoribus antedicto nomine recipientibus supradictum Dominum Patriarcham eximi facere et canzelari de libris forbannitorum, et bannorum communis Padue in quibus reperietur et reperiri posset bannitus pro supradictis datiis seu colectis, sine sumptibus et expensis ipsius Domini Patriarche et Ecclesie Aquilegensis, ac promisit ~~tamen~~ etiam idem sindicus communis Padue antedicto nomine supradictis procuratoribus nunciis et actoribus nomine quo supra recipientibus restituere libere, et absolute Domino Patriarche vel ejus nuncio omnia Palatia, sive Domos, et possessiones ipsius Domini Patriarche et Ecclesie Aquilegensis, sitas et sita Padue, et in Paduano districtu. Promiserunt insuper prefati Domini Patriarche nuncij procuratores et actores supradicto Syndico nomine quo supra recipienti quod Dominus Patriarcha predictus quandocumque per commune Padue fuerit requisitus curabit cum effectu quod Capitulum Ecclesie Aquilegensis laudabit approbabit et ratificabit omnia supradicta, et scripta in presenti contractu -

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 136 N.o CXV. esistenti presso il Nobile Signor Agostino de Portis di Cividale.

Frangipane

quas dictus dominus Patriarcha pro se ac Ecclesia Aquilegense dare
ac solvere teneatur et tenebitur usque ad diem quo contratus supra-
dictos (sic) et infra dicendis (sic) inter partes predictas seu ipsarum nomine
fuerint celebrati, et de omnibus dampnis et iniuriis per predictum
dominum Patriarcham et Aquilegensem Ecclesiam Communi Padue
et omnibus civibus et habitatoribus Padue et Paduani districtus illa-
tis salvo iure singularium personarum civitatis et districtus Padue in
his que ab ipso domino Patriarcha et Aquilegensi Ecclesia et eius subditis
debentur eisdem et ad petendum et consequendum a prelibato commu-
ni Padue, vel eius syndico quod prefatus dominus Patriarcha [illegible]
suis ac Aquilegensis Ecclesie sumptibus et expensis effectualiter can-
celetur, et eximetur de libris forbanitorum, et bannorum communis
Padue, in quibus reperietur et reperiri posset pro dictis datiis seu
collectis bannitus, et quod predictus commune sive eius syndicus liberem
et absolute prefatis ipsius domini Patriarche procuratoribus vel
eorum altero, seu substitutis vel substituto ab eis vel ipsorum altero
restituat supradictas domos, seu palatia et possessiones et ad suscipien-
dum restitutionem omnium predictorum et accipiendum tenutam
et corporalem possessionem ipsarum et dicendum

ipsius domini Patriarche et Ecclesie Aqui-
legensis, quod predicta omnia et singula processerunt in evidentem
utilitatem ipsius domini Patriarche et Aquilegensis Ecclesie et ad omnia
et singula alia faciendum et exercendum, que in predictis et circa
predicta utilia, et necessaria fuerint et opportuna et que quilibet
verus et legitimus procurator et ipsemet facere posset si personaliter

inter.

interesset. Promittens stipulatione solemni sub obligatione omnium Aquilegensis Ecclesie bonorum se ratum habiturum et firmum quidquid per dictos procuratores vel eorum aliquem sive per substitutum vel substitutos ab eis, vel eorum aliquo actum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum, et se curaturum et facturum cum effectu quod Aquilegense Capitulum predicta omnia et singula ratificabunt et etiam approbabunt. In cujus rei testimonium &c.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 133 N.o CXII. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

D. Frangipane

1294 13. marzo . Da Protocollo senza nome 59.
presso il sig. Carlo Fabrizio
Il Patriarca e Gerardo da Camino eleggono arbitri per le loro controversie

MCCLXXXXIIII indictione septima die XV exeunte martio Padue in sala que est ante cameram episcopalem presentibus V. V. Dominis Manfredo de Laturre Archipresbitero Modoeciensis. Silone Archidiacono, et Magistro Ma-nino Canonico Aquilegensibus. Magistro Vercanno Archidiacono Carniole. Ni-cola Canonico Civitalensi. Accursio Cutica de Mediolano. Guberto de Laturre; Magistro Johanne de Lupico Notario et aliis. Reverendus in Christo Pater et Dominus Rajmundus Patriarcha Aquilegensis ex parte una et Dominus Tarolinus de Castantinis de Tarvisio Doctor legum procurator egregii viri Domini Girardi de Camino Civitatis et districtus Tervisii Capitaneus Generalis ut patet in quodam publico instrumento exinde confecto per manum Benevenuti de Castagnedo Notarium sub anno et indictione predictis die martij ex parte altera de omnibus questionibus controversiis et querellis quas habent vel habere videntur ex quacumque causa inter, se se ad invicem compromiserunt in venerabilem patrem Dominum Tolbertum Episcopum Tarvisinum licet absentem tamquam presentem et Nobilem virum Dominum Guidottem de Laturre presentem volentem tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores; ita quod ipsi super predictis dicere diffinire arbitrari et amicabiliter componere valeant a die veneris in antea usque ad viginti dies proxime venturos, ad rationem et concordiam et amicabilem compositionem apud Mestrem et in quolibet alio loco de quo supradicti arbitros fuerit concordes alte et basse juris ordine servato, et non servato par-tibus presentibus vel absentibus una parte presente, et alia absente, partibus citatis et non citatis, die feriata et non feriata, stando

et

et sedendo, et quocumque modo quo melius eis videbitur convenire. et ~~prescripsit~~ promisit per stipulationem solempnem idem dominus Patriarcha predicto domino Gerelino -

- - - - - trium millium (sic) marcarum argenti nomine pene, que pena toties comittatur, et exigi valeat - - - quotiens contrafactum fuerit -

---

M.° CCLXXXXIIII indictione septima die XI. exeunte marzo. Padue in domo domini Jamini de Gaffaretis de Padua. Presentibus fratre Petro de ordine fratrum humiliatorum de Calugate (sic). Zanolo de Alberate. Nicolao clerico de Lajbaco. Andrea dicto Trombeta de Placentia et aliis. Fidelis Testis procurator et procuratorio nomine dominorum advocati de advocatis electi cumani et electorum ejus, et Arnulfi Lavazani dominis litis in vascripta interrogatoria V. V.° domino Peregrino Archidiacono Carniole et Marchie, cui in hac parte Reverendus in Christo Pater et dominus Raymundus Patriarcha Aquilegensis ut dicto commiserat & vices suas cum infrascripta potestate porexit, et dedit in scriptis, quorum tenor talis est. In Nomine domini Amen. infrascripta interrogatoria dat et facit Fidelis procurator et procuratorio nomine dominorum advocati de advocatis electi Cumani et electorum, et Arnulfo Lavazari dominis litis super Articulis datis per presente fratris Leonis, qui se dicit electum Cumanum - - - - - - - - - - - - - - - - -

Seguono gli interogatorij deli quali non si ricava alcuna notitia.

Cgno

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 131 N.o CX, ~~e 132 N. CXI~~ esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1295 10. marzo — Brisa Vescovo di Trieste cede ai Triestini per dieci anni il Castello di Mucho

XXVIII. In nomine dei aeterni. Anno ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto. Indictione octava, die decima intrante mense martii. Actum Tergesti in episcopali palatio presentibus prudente viro domino Gillone Archidiacono Aquilegiensi, et dominis Blaxio mansionario Aquilegien, Pantaleone presbitero, et Zufredo notario de Tergo. Riccardo, et Odorico dicto Testa de Coppo, familiare dicti domini Episcopi infrascripti, Vittorino Plebano de Umago, Jacobo dicto Albadia, familiare dicti domini Archidiaconi testibus ibi ad hoc vocatis, et rogatis, et aliis.

Consideratis multiplicibus malis et damnis que evenerunt Episcopatui, et Ecclesie, Communi et hominibus Tergestinis per homicidia, captivitates, incendia, rapinas, depopulationes, et vastationes vinearum, et laboreriorum suorum, et plures alias manvies (sic legitur) et modos propter Castrum de Mucho quod pervenit ad manus inimicorum Episcopatus Ecclesie et communis, ac hominum de Tergesto, ut de ipso Castro diligens, et secura custodia habeatur. Utque omne dubium et periculum quod evenire possit predicto Castro tollatur, ac et ut ville, et alia bona Episcopatus, et Ecclesie libere et secure sint sub protectione Communis et hominum de Tergesto. Reverendus Pater dominus Brissa dei gratia Episcopus Tergestinus habita deliberatione solemni, et consilio, ac tractatu precedentibus cum prudente viro domino Gillone archidiacono Aquilegiensi, legato, et nuncio Reverendi patris domini Raymundi Dei gratia sancte Aquilegiensis sedis Patriarche, et capituli Aquilegiensis, ac cum discretis

viris

viris dominis Henrico decano, et Capitulo ecclesiæ Terg.
et aliis solemnitatibus quæ de jure consueverunt in hujus=
modi contractibus observari. Cognoscens concessionem infra=
scriptam utilem esse pro Episcopatu ecclesiæ Tergestinæ, de
consensu, et voluntate dominorum Henrici Decani, et Capitu=
li memoratæ ecclesiæ Tergestinæ, commisit et concessit do=
mino Mattheo Bajardo sindico, et procuratore dominorum
Jardis, Mustellis Valesii, Henririci, et Jardis de Largiento
Consulum Consilii, et Communis Tergesti vice, et nomine
dicti Communis recipienti custodiam Castri de Muchá us=
que ad decem annos proxime venturos. Remanentibus villis
et aliis possessionibus spectantibus ad ipsum Castrum, cum
dominio et honorantiis Domino episcopo memorato, ex
cepto Dominio de maleficiis. Illa autem maleficia,
quæ exigunt pœnam pecuniariam, dictus Dominus Episcopus
intra suos fines habeat, cognoscat, faciat et punire.
Ita etiam quod Commune, et homines de Tergesto juvare,
deffendere, et manutenere debeant dictum Dominum Epi=
scopum bona fide in manutenendis villis, et juribus
suis. Et e contra dictus Dominus Episcopus eis si=
militer facere teneatur. Completis autem dictis decem
annis Commune, et homines de Tergesto dictum Castrum
dare, et restituere teneantur libere et absque ullo pre=
tio, vel satisfatione custodiæ faturinum (sic) vel
aliarum aliquarum expensarum factarum a Domino
Episcopo memorato, promittens dictus Dominus
Episcopus, per se, et suos successores, et dictus Sin=
dicus, et Procurator, sindicario et procuratorio nomine
supradicto, stipulatione solenni interveniente ad invi=

cem

cum supradicta omnia et singula rata, et firma habere et tenere, attendere et observare, et non contravenire vel facere per se, nec per aliquam personam interpositam aliquibus ratione, exceptione, vel modo, ingenio, sive causa sub pena trecentarum marcharum denariorum novorum Aquileg. vel Tergestine monete, que, toties peti possit, et exigi cum effectu, quoties committetur in eam, cum refectione Damnorum, interesse ac expensarum exinde competitarum, et competiturarum. Juraverunt insuper dictus Dominus Episcopus in suam animam sibi propositis, ac dictus sindicus et procurator in animas predictorum consulum Consilii, et Communis, ac suam tactis Evangeliis sacrosanctis predicta omnia et singula rata, et firma habere, et tenere stipulatione solemni ad invicem. Obligantes ad hec dictus Dominus Episcopus bona Episcopatus sui, ac Dominus sindicus et procurator, sindicario et procuratorio nomine supradicto, ad invicem bona omnia dicti Communis, penaque solutione Damnorum et expensarum refectione, presens Instrumentum, nihilominus in sua permaneat firmitate. Supradictis interfuerunt Domini Henricus Decanus, Jacobus Archidiaconus, Henricus sacrista, Gregorius, Lavottus, Andreas, Thomas, Tebaldus, Florentius, Marsilius, et Bernardus Canonici Ecclesie memorate suumque adhibentes assensum. Ad majorem autem predictorum omnium firmitatem, dominus Episcopus memoratus, ac dicti Domini Decanus, et Capitulum, consules, et consilium, et Commune Tergesti fecerunt presens Instrumentum

cor-

eorum singulorum sigillorum pendentium appensione muniri

Ego Henricus Imperiali Auctoritate Notarius his interfui, et rogatus scripsi.

Mainati

Codice o sia memorie storiche sacro-profane di Trieste

Tomo 2. pag. a carte 244.

Venetia 1817.

Cas. di Porpetto 26. maggio 1824.

Frangipane

1295. 3. maggio Mandato di Procura del Patr. R. à suoi Nunzi per prender possesso dei diritti temporali del Vescovo di Concordia, che avea trascurato di chiederne l'investitura.

Procura intromissionis jurisdictionis temporalis, et Regalium Concordiensis ecclesie.

In nomine Christi Amen. Anno à Nativitate ejus millesimo Ducentesimo nonagesimo quinto octave indictionis apud Sanctum Vitum in Palatio Domini Patriarche Aquilegiensis die martis tertio intrante majo. Presentibus fratribus Bonofilio, et Henrico de Mediolano Ordinis minorum Capellanis, et Magistro Gualtero Canonico Aquilegiensi Notario Domini P. Patriarche Aquilegiensi Testibus ad hoc vocatis, et rogatis, et aliis. Reverendus Pater et Dominus Raymundus Dei gratia Sancte Aquilegiensis sedis Patriarcha fecit, constituit, et ordinavit suum certum nuncium, et procuratorem specialem Castolinum Malacreani, qui fuit de Mediolano habitatorem suum in Castro Sancti Viti absentem tamquam presentem ad intromittendum jurisdictionem temporalem, et alias Regalia Concordiensis Episcopatus ad annum et diem sine usu et fructu salvo jure cujuslibet cum Marchabruno habitatorem Sancti Viti ad hoc per illum quem dictus Dominus Patriarcha sententialiter posuerat loco sui nuncio sibi dato secundum quod coram eodem quem ipse nuntio sibi dato secundum quod coram eodem, etiam esse sententialiter ... sententialiter posuerat loco sui sententialiter etiam extiterat judicatum, et ad omnia alia et singula faciendum que in premissis, et circa premissa facere ipsemet posset si personaliter presens esset promittens se ratum habiturum et firmum quidquid in predictis, et circa predicta dictus fecerit procurator.

Nihil.

Esecuzione.

Esecuzione dell'atto precedente

Immissio Regalium Episcopatus Concordiensis.

Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quinto viii. Indictionis apud Portum gruarium in domo communis eius terre die Mercurii quarto intrante Majo. presentibus Domino Petro Squara Capitaneo Terre Portus gruarii, Marzutto de Fratina, Astulfo qui fuit de Mantua, et Sclavo nepote viri venerabilis Domini desiderii Abbatis Monasterii Summaquensis Testibus ad hoc vocatis et rogatis, et aliis. Supradicto Domino Petro Squara Capitaneo et Monfredo Johannis Nonmaye, Perizolo de Mari, et Prenotto q.m Joannini Consulibus sive rectoribus necnon Philippo de Laurenzaga et Petro bono Johannis Nonmaye, et Baldo Brajalescis Consiliariis terre Portus gruarii, et multis aliis hominibus de Terra eadem in domo Comunis Portus gruarii ad sonum Campane more solito congregatis. Marchabrunus de Sancto Vito habitator Domini Patriarche Aquilegiensi in Castro Sancti Viti datus Reverendo Patri et Domino R. Dei gratia Sancte Aquilegiensis Sedis Patriarche ad hoc pro nuncio sententialiter, ut dicebat per illum quem idem Dominus Patriarcha sententialiter etiam posuerat loco sui, proposuit coram Capitaneo, Consulibus, et Consiliariis, ac hominibus supradictis sic dicens: Domini cum Dominus Jacobus Episcopus Concordiensis à Reverendo Patre, ac Domino Raymundo Dei gratia Sancte Aquilegientis Sedis Patriarcha jurisdictionem temporalem et alia Regalia Episcopatus Concordiensis jam elapso anno, et ultra post sui consecrationem nunquam receperit, nec peti-

verit

verit, supradictus Dominus Patriarcha petivit per laudem Curie
sententialiter deffiniri, quid super hoc fuerat faciendum. Et eo,
quem Dominus Patriarcha predictus posuerat loco sui, querente quid
inde juris est per omnes astantes fuit sententialiter deffinitum quod
idem Dominus Patriarcha cum Nuncio, quem peteret, et accipere de-
beat ab illo, quem ipse posuerat loco sui, de predictis se debebat
intromittere ad annum, diem sine usu et fructu, cuiuslibet jure sal-
vo. Unde ego qui super hoc datus sum nuncius sententialiter per illum,
quem dictus Dominus Patriarcha posuerat loco sui, sicut continetur in
quodam instrumento confecto manu Guillelmi de Clustat Notarii di-
cti Domini Patriarche, do, et assigno corporalem possessionem, et
tenutam predicte jurisdictionis temporalis, et Regalium omnium dicti
Episcopatus Concordiensis Castelino Molacrec habitatori dicti Comuni,
Patriarche in Sancto Vito nomine ipsius Domini Patriarche nuncio
ipsius et procuratore ad hoc specialiter deputato; Et incontinenti
dictus Marchabrunus nuncius ad hoc per quodam Capucium, quod in
suis ~~posuit dictum~~ tenebat manibus posuit dictum Castelinum pro-
curatorem recipientem nomine et vice dicti Domini D. Patriarche
Aquilegiensi in possessionem dicte Jurisdictionis temporalis, et omnium
Regalium dicti Episcopatus Concordiensis ad annum et diem sine usu et
fructu, cuiuslibet jure salvo, et faciens postmodum per aliquantulum
tempus moram in Domo dicti Comunis, ivit eadem die ad quendam
Molendinum quod est in aqua Leminis prope Ecclesiam Sancti An-
dree de Portu gruario, et presentibus predictis Arnoldo, Perizolo,
de Mari, et Philippo de Laurenzaga supradictis testibus, et aliis ~~duob~~ aliquo,
et aperto ostio dicti Molendini induxit predictum Procuratorem

reci

recipientem nomine et vice dicti Domini Patriarche in corporalem possessionem ipsius Molendini pro ipso Molendino, et pro aliis Molendinis omnibus pertinentibus ad Regalia et de jurisdictione temporali et omnium Regalium dicti Episcopatus Concordiensis ad annum et diem sine usu et fructu cujuslibet jure salvo.

Ego Johannes de Lupico Sacri Imperii publicus Notarius supradictis omnibus praesens interfui, et rogatus scripsi, in formam publicam reducendo.

Da manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliense spectantem = Tomo I. pag. 42 tergo Carolus Fabricius Collegit, et descripsit – In Casa Fabrizio

Castello di Porpetto 24. 9bre 1818.

Frangipane

1297 17. 7bre Sentenza di Golberto Vescovo di ... sopra quistioni tra il Patr. e il Capitolo di Cividale. 52.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo CC. nonagesimo septimo, Ind. X. die ~~XIV.~~ quartadecima exeunte Septembri in Urbe Veteri, in Hospitio Reverendi Patris D. Petri S. Marie Nove Diaconi Cardinalis. Presentibus Venerabilibus Viris Dnis Jacopo Sagano Canonico Veronensi Camerario, et Rudgio Priore S. Sixti de Viris, Magistro Nicolao de Regio Rectore Ecclesie S. Marie de Saxo Regine Dioces. Jordano Canonico S. Diodati Tullen. Dioces. Magistris Mauritio de Piperno Canonico Trecorens., Simone Canonico S. Marie Magdalene Virdunens.; et Petro de Feletinis Canonico Faventino Capellanis ejusdem Dni Cardinalis, et Magistro Bernardo de Galliaco Rectore Ecclesie de Magno Loco pro Albinen. Dioces. Testibus, ad hoc vocatis specialiter, et rogatis.

Cum Venerabilis Pater D. Golbertus Episcopus Tervisinus in hac parte Judex Delegatus per R. in Christo Patrem, et Dnum Petrum S. Marie Nove Diaconum Cardinalem tunc Apostolice Sedis Legatum, tanquam Arbiter, Arbitrator, et Amicabilis compositor electus a partibus Sententiam Arbitrariam, diffinitionem, et laudationem infrascripti tenoris tulisset. Vener. Vir D. Petrus de Piperno Prepositus Ecclesie Civitatens. Aque Dioces. ipsam Sententiam, seu Arbitrariam ei presentatam, et eamdem, ac omnia, et singula Capitula in ipsa contenta, et quidquid per discretum Virum M. Petrum de Feletis Procuratorem ejus in predictis, et circa predicta est factum, recepit, gratificavit, emologavit, ac etiam acceptavit confitens, et contentus existens pro parte D. D. Decani, et Capituli predicte Ecclesie Civitaten. paritum ipsi sententie fore dicta emologatione dicte sententie, et circa receptionem, ac firmam perceptionem Decimarum, rerum, et jurium, seu redditum, et proventum annuorum, ipsam possessionem, decimarum, rerum, et jurium, ac Prebende sue Civitatens., et dicta receptionem

Possessionum per ipsum Petrum Procuratorem assignatarum Magistro Waltero Canonico Civitaten. Procuratore, et Sindico dictorum Decani, et Capituli pro ipsis Decano, et Capitulo recipienti in compensationem, solutionem, et satisfactionem prestationum, et jurium Decano, et Capitulo ac Canonicis memorate Civitaten. Ecclesie ab ipso D. Preposito ratione sue Prepositure annuatim debitarum, et adiudicatarum pro ut hac, et alia in presenti sententie Instrumento plenius continetur; cujus siquidem sententie, seu Instrumenti talis est tenor .... In Nomine Dñi Amen. Orta coram nobis Tolberto Episcopo Tarvisino Judice in hac parte Delegato per Reverendum Patriarcham D.D. Petrum Dei gratia Ste Marie Nove Diaconum Cardinalem, et Apostolice Sedis Delegatum inter discretum Virum Magistrum Petrum de Feltrinis Canonicum Pretens, Procuratorem Venerabilis Viri D.D. Petri nati Nobilis Viri Daraquere de Viperno, Prepositi Ecclesie Civitaten. Aquilejensis Diocesis: Procuratorio Nomine ipsius ex parte una, et Magistrum Valterum Canonicum Aquilejensem Procuratorem, et Sindicum Reverendi Patris, ac D. Raimundi Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche, ac Venerab. Virorum D.D. Bernardi Decani, et Capituli Ecclesie Civitaten. Procuratorio, et Sindicario Nomine ipsorum ex altera, materia questionum super juribus, possessionibus, redditibus, proventibus, jurisdictionibus, honoribus, et preminentiis infrascriptis, quam idem Procurator D. Prepositi ad Prepositum ratione sue Prepositure spectare, ac sibi ab ejusdem D.D. Patriarcha et Capitulo debere dicebat, atque petebat prefacto Magistro Valtero Procuratore, et Sindico dictorum Dominorum Patriarche, Decani, et Capituli contrarium asserente, contradicente, atque dicente jura possessiones, redditus, proventus, et jurisdictiones hujusmodi ad dictum Prepositum, vel Prepositurum nullatenus pertinere, nec si

bi deberi, nec non super juribus, et petitionibus, que, et quas dic-
tus Magistrus Walterus Procurator, seu Sindicus nomine quo
supra dicto Capitulo, seu Canonicis dicte Civitatens. Ecclesie ab
ipso Preposito deberi dicebat, et petebat prefato Magistro
Petro Procuratore dicti Prepositi contrarium asserente, contra
dicente, atque dicente jura, et prestationes hujusmodi ab ipso
D. Preposito eisdem Decani, et Capitulo, seu Canonicis
aliquos non deberi, et coram nobis in questionibus, seu causis
predictis per eundem M. Petrum Procuratorio nomine dicti
D. Petri Prepositi oblatis conventionis infrascriptarum conti-
nentiarum libellis coram nobis Ven. Patr. D. Dei gratia Episco-
po Tarvisino Judice dato a Reverendo Patre D. Petro S.^{tæ} Marie
Nove Diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato dicto, et pro
pono Ego Petrus de Feletinis Procurator Venerabilis Viri D.
Petri de Ripemo Prepositi Ecclesie Civitatens. Aquil. Dioc. Procu-
ratorio nomine ipsius, et pro ipso contra Ven. Patrem D. Rai-
mundum Dei gratia Patriarcham Aquil. quod cum jure deti-
nuerit, habuerit, receperit, et possederit, detineat, habeat, re-
cipiat, et possideat decem et octo Mansos vel circa in contra-
ta Tulmini, ac decimam vivorum, et mortuorum ibidem, et
quosdam Mansos, D. D. quinquaginta, qui sunt in Villa Ciste-
lam, et plures Mansos in Glemona, et Artinea, ac possessio-
nes alias, et Turrim, que dicitur Prepositure sitam in Civitate
cum domibus, et earum pertinentiis, et plures Castaldos, et Famulos
diverse conditionis, et sexus, et plures alias possessiones, bona, et
jura, que ad ipsam prepositurem ratione dicte Prepositure
sue Civitatis spectant, et spectare noscuntur, peto instanter per
Vos D. Judicem per dicta omnia, et singula, ac Plebem de
Volzana cum ejus Capellis Sancti Tulmini, Sancti Viti, Caveret-
ti, et Ples cum omnibus juribus pertinentibus ad easdem, nec
non, et collectiones Scolastriare, et Custodie Ecclesie Civitatens.

ac

ac confirmationem, et infirmationem canonicorum ipsius Ecclesie ad ipsum Prepositum, et Preposituram spectare, et pertinere judicial. declarari, et ad assignationem, et restitutionem omnium predictorum cum omnibus fructibus, et expensis factis, et faciendis usque in finem litis eidem Preposito, vel mihi Procuratori suo nomine recipienti; dictum Dom. Patriarcham sententialiter condemnari, et compelli, salvo jure addendi, minuendi, mutandi, etc. Item coram vobis Vener. Patre D. J. Dei Gratia Episcopo Parvisino Judice dato a Reverendo Patre Dono Petro S.te Marie Nove Diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato, dico, et propono Ego Petrus de Filectetis Procurator Ven. Viri Doñi Petro de Piperno Prepositi Ecclesie Civitatens. Aquil. Dioces. Procuratorio nomine ipsius, et pro ipso contenta Ven. Viros Doños Decanum, et Capitulum Ecclesie antedicte quod cum ipsi detinuerint, habuerint, receperint, et possiderint, habeant, detineant, recipiant, et possideant, vel quasi Villam de Risea cum omnibus jurisdictionibus, juribus, et pertinentiis ad ipsam spectantibus, et Mansos sitos in Villa Premeriaci spectantes ad Preposituram ipsius Ecclesie Civitatens. cum jurisdictione ipsius Ville, ac Decimas portarum Ambrosiane, Sancti Petri, Sancti Silvestri, ac pontis dicte Civitatis cum Horto, et Braida Sancti Steffani de Gallianum, et Decimas de Laucio, et Aurinais in Camea cum Mansis, et omnibus aliis juribus, et pertinentiis eorumdem; et quod habent, et tenent in Caseis Nadarum, et Lini de Stebe Valzana, seu Tulmini; et Ecclesiam Sancte Marie de Monte, excepta parte Sacrestie dicte Ecclesie Civitatens, et plures

man

Mansos in Plebanatu Civitatens., et unum Mansum in Accorea, et Molendinum Sustervalle in Natissa, et duas Molles in Molendino de Vata, et Famulos, et Famulas, ac plures alias possessiones, bona, et jura, que ad dictum Prepositum ratione dicte Prepositure sue Civitatens., ac ipsam Prepositurum spectant, et spectare noscuntur. peto, et instanter per Vos Dñe Judex predicta omnia, et singula, et Collectiones Cappellarum sitarum in toto Plebanatu dicte Civitatens. Ecclesie, tam intra, quam extra Civitatem ad ipsum Prepositum, et preposituram spectare, et pertinere judicialiter declarari, et ad assignationem omnium predictorum cum omnibus damnis, et expensis factis, et faciendis usque in finem litis eidem Preposito, vel in suo nomine recipienti dictos Decanum, et Capitulum sententialiter condemnari, et compelli salvo jure addendi, minuendi etc. et per dictum Magistrum Valterum Procuratorem, Sindicum, seu ... Procuratorio et Sindicario nomine predictorum Decani, et Capituli reconventionis libello, et contra oblato infrascripti tenoris.

Coram vobis Ven. Patri Dom. I. Episcopo Feltrino Judice Delegato a Rev. Patre Dom. Petro Sancte Marie Nove Diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato in causa quam Ven. Vir Dom. Petrus de Piperno Prepositus Ecclesie Civitatens. Aquilej. Dioces. seu M. Petrus de Felectinus Procurator, et Procuratorio nomine ipsius movet, seu movere intendit discretis Viris Dom. Bernardo Decano, et Capitulo ejusdem Ecclesie, Propono, et dico ego Vualterus Canon. ejusdem Ecclesie Procurator, et Sindicus Procuratorio, et Sindicario nomine dictorum Decani, et Capituli reconveniendo dictum Dom. Petrum seu prefatum Magn. Petrum Procuratorem et Procuratorio nomine ipsius quod Prepositus Ecclesie memorate tenetur de jure capi-

tulo, et Canonicis ejusdem Ecclesie annis singulis presta-
re, ac dare pro ipsorum Prebendis infrascripta jura, et presta-
tiones, scilicet sexcentas sexaginta sex staria et unum Pis.
. . Frumenti. Item quadraginta sex starios, et duos Pis. . Mil
lii. Item quindecim starios, et duos Pistis Pisti. Item vigintitres
Starios Favarum; Itemq. Millecentum sedecim Congios, et
duos Setar.... Vini; Item viginti quinque starios Colum; Item
Agnos ducentos; Item centum octaginta unas Oves; Item
Oves Bassonum XI.; It. quatordecim Porcos; It. quadragentas
viginti Gallinas; It. decem Ans......., It. Pullos sexaginta
sex; It. triamillia Ovorum; It. Fondalas septaginta duas;
It. Septem Marcas, tres Portores, et sex danarios Aquilejensis
Monete; It. Mille sexcentas decem libras Casei; It. duas Urnas
Olei; It. totam Lanam Nadarum Contrate Fulmini. Quare
peto nomine quo supra quatenus sententialiter declaretis
ipsum Dom. Petrum Prepositum, seu dictum M. Petrum Pro-
curatorem ejus nomine quo supra teneri, et debere presta-
re, ac dare annis singulis dictis Decano, Capitulo, et Cano-
nicis, seu michi nomine quo supra jura, et prestatio-
nes predictas, quodque ad prestandum, dandum, et solven-
dum annis singulis illa, et illas prefactis Decano, Ca-
pitulo, et Canonicis, seu michi nomine quo supra dictum
Dom. Petrum, seu prefactum M. Petrum Procurato-
rem ejus nomine quo supra sententialiter condem-
netis, et etiam compellatis. Volo etiam expensas factas, et pro
testor de faciendis suo tempore declarandis, salvo jure addendi mi-
nuendi et ec. tantum super predictis dictius ligato prefati Procu-
ratore ad hoc sufficiens mandatum habentes, ac intervenientes, et volen-
tes prorsus vitare litigorum anfractus pro bono pacis, et concordia
in nos tanquam Arbitratorum laudatorum, et amicabilem compositorem

de

de omnibus, et singulis supradictis, et generaliter de omnibus, et sin:
gulis, aliisque altera partium ab altera usque in diem facti compro
missi petere potuisset, unanime omnibus quo supra compromittere
curaverunt, concedentes, et dantes nobis plenam, et liberam potesta:
tem sententiandi, deffiniendi, arbitrandi, laudandi, componendi,
accordandi tam delegato X'obis jurisdictione quam ex potestate,
ac vigore compromissi ejusmodi in nos facti super omnibus su
pradictis inter partes ipsas sine strepitu et figura judicii, ju
ris ordine observato, vel non diebus feriatis, et non feriatis pre
sentibus partibus, vel absentibus, citatis vel non citatis, seu ipsa
rum partium altera absente et altera presente, alte, et basse prout
nobis placuerit, usque ad diem sabbati tertiam proximis mensis
Augusti intrantis. Promittentes etiam dicti Procuratores procu
ratorio et sindicario nomine partium predictarum per stipulatio
nem solemnem corporalis sacramenti firmato sub pena mille
marcarum argenti hinc inde solemniter stipulatam, emologare, ra
tificare, adimplere ac inviolabiliter observare sententiam, diffi:
nictionem, Arbitrium, Laudum, Decretum, Ordinationem, et Ami
cabilem compositionem nostram, et in eis stare atque parere,
et contra in nullo facere, vel venire occasione aliqua, dolo, in
genio, sive causa. Renunciantes nihilominus Procuratores pre:
dicti exceptioni doli, et Instrumentum restitutioni in integrum,
et in omni juris auxilio Canonico, et Civili per quod contra

Comp:

compromissum, sententiam, arbitrium, laudum, compositionem, et ordinationem nostram facere vel venire possent partes predicte vel contra venientibus quomodolibet se tueri prout hec, et alia in instrumento publico confecto exemplato per Morandinum de Romanzacco Notarium sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo Indictione decima, die octavo exeunte Julio plenius continetur. Nos autem retenta, et reservata jurisdictione hujusmodi compromissi per dictum Dominum Legatum recepto compromisso hujusmodi in nos facto post multas, et varias altercationes et contentiones Procuratorum ipsorum intervenientes, Auctore Deo inter partes ipsas jurgiorum, et discordiarum materiam amputare. Auditis et diligenter inspectis que dicti Procuratoribus super predictis coram nobis dicere, proponere, allegare, ostendere, ac producere voluerunt sapientium convocato consilio, et nobis deliberatione prehabita diligenti Christi Nomine invocato, tam delegata nobis jurisdictione predicta, quam etiam arbitraria nobis virtute compromissi hujusmodi attributa, sententiando deffinimus, et deffiniendo adjudicamus medietatem omnium Decimarum totius predicte Plebis Vulzane, tam vivorum, quam mortuorum pro indiviso. Itemque predictas duas decimas de lacu, et Avinazi in Carnea cum mansis, et omnibus aliis juribus, et pertinentiis eorum. Item predictum Molendinum Dustarnoic, et dictas duas Molas in Molendino Vaci. Item tres mansos in Duracinmos rectos per Joannem Regula, et filium,

per

per Natalem, et Generum et per Sabuoja Zusciam, et Vincentium. Item quinque Mansos ad Portam Sancti Petri de Civitate, unu quorum regitur per Bertolusium Cocum, alius per Compagnonum, tertius per Joannem, et Pelegrinum fratrem eius et Bortolusium et fratrem eius. Quartus per Pevgenum de Villa. Quintus vero per Martinum, et Sacharia. Item Mansum unum in Aboza. Item Mansum unum in Kesa qui regitur per Porlicus, et Socios. Item quinque Mansos ad Portam Ambroxianam, unus quorum dicitur Mansus capelle, alius regitur per Peritum, tertius per Mucil, et Simon quartus per Michelem, et Satium, quintus vero per Cividatum eidem Domino Preposito supradicto, et Meser Petro Procuratori suo nomine ipsius Domini Prepositi ratione prepositure Ecclesie memorate. Declarantes predictas res, Possessiones, jura, et Bona ad ipsum Dominum Prepositum et ejus successores ratione dicte Prepositure, et ad ipsam prepositurarm spectare, et ad dictum messer Valterum Procuratorem, et sindicum dictorum Dominorum Patriarche Decani, et Capituli, ac ipsos in persona ipsius Procuratoris seu sindici ad restitutionem, et assignationem predictarum rerum, Possessionum, et Jurium eidem Meser Petro Procuratorio nomine dicti Prepositi, seu ipsi Domino Preposito faciendam, et amministrandam sibi Prebendam suam dicte Ecclesie, sicut amministratur Prebenda a ceteris eidem Canonicis, sententialiter condemnantes. Ab aliis vero in dictis libellis contentis, et petitis, et que peti poterant

per dictum

per dictum ~~procuratorem~~ prepositum, vel eius nomine, prefatos Dominum Patriarcham Decanum et Capitulum, in persona dicti eorum Procuratores, seu Sindici, ac ipsum Procuratorem, seu Sindicum eorum nomine sententialiter ab: solvimus, et reddimus absolutos; Et universa, et singula alia petita, et contra in suprascripto libello contra Decanum, et Capitulum su: pradictos porecto, scilicet villam Pisani, cum omnibus jurisdictioni: bus juribus, et pertinentiis ad ipsam spectantibus, et Mansos sito in villa Premariaci cum jurisdictione ipsius Ville, et Decimas Portarum Ambroxiane Sancti Petri, Sancti Silvestri, et Pontis de Ci: vitate cum Horto, et Braida Sancti Steffani de Gallano, quam ha: bent, et tenent in Caseis Rivarum, et Lini de Plebe Urzane, seu Fulminis Ecclesie Sancte Marie de Monte, ~~excepta~~ excepta parte Sacriste dicte Civitatens ......, ac Famulos, et Famulas co: lationesque Capellarum sitarum in toto Plebanatu dicte Civitaten: sis Ecclesie tam intra quam extra Civitatem, et universa singula alia in predicto libello petita, et contenta preter superius adju: dicata per Nos dicto Domino Preposito, seu dicto Procuratori suo ejus nomine declaramus, sententiamus, et diffinimus ad predictos Decanum, et Capitulum pertinere, et illas eis adjudicamus, et sui juris esse declaramus super illis et eorum persecutione, seu prosecutione dicto Preposito, et ejus successoribus, ac prefato meser Petro Procuratori in personam ipsius Prepositus, et suc: cessorem ejus perpetuum silentium imponentes. Predictos vero

Mansos

mansos sitos in villa Osela Glemone, et Artene, et Purrim, que dici tur Prepositure sita in Civitate cum Domibus, et earum pertinentiis, et Colationes ..... casterie, et custodie Ecclesie Civitatensis, ac confirmationem et infirmationem Canonicorum ipsius Ecclesie, et vassalos, ac famulos in predicto libelo contra eundem Patriarcham porrecto petitas declaramus, sententiamus, et deffinimus ad ipsum Dominum Patriarcham pertinere, ac illos et illas ei adjudicamus, et sui juris esse declaramus. Super illis et illorum persecutione et prosecutione dicto Preposito et eius successoribus ac ipso meser Petro Procuratori in personam ipsius Prepositi, et successoribus ejus silentium imponentes perpetuum. Plebem quoque Vulzane predictam cum alia medietate Decimarum ipsius tam Vivorum, quam Mortuorum, et decem, et octo Mansos vel circa in contracta Tulmini, et cum ipsius Plebis Capelis Sancti Viti, Tulmini, Cavorenti, et Idez cum omnibus juribus pertinentibus ad easdem, et universa, et singula alia in supradicto libelo contra eundem Patriarcham porecto contenta, et petita declaramus, sententiamus, et deffinimus ad prefactum Dominum Patriarcham, Decanum, et Capitulum comuniter pertinere et illos, et illas, et illa ejus adjudicamus, et sui juris esse declaramus super illis et illorum persecutione, seu prosecutione dicto Preposito, et ejus successoribus, ac ipso meser Petro Procuratori in personam ipsius Prepositi, et successorum perpetuum silentium imponentes; sententiando tamen insuper deffinimus, et declaramus predicta jura,

et

et prestationes annuas in supradicto libello conventionis per eundem Dominum meser Qualterum Procuratorem, et Sindicum dictorum Canonicorum, et Capituli Procuratorio, et Sindicario nomine ipsorum contra prefactum Preposito porecto contenta et petita scilicet sexcentos sexaginta sex starios, et unum Pesinalem frumenti; Item quadraginta sex starios, et duos Pisinales milli; Item quatordecim starios et duos Pisinales Festi; Item viginti tres starios Fabarum, item mille centum congios, et duas situlas vini. Itaque viginti quinque starios nucum. Item agnos ducentos novem; Item centum octoginta unam oves; Item oves XI. Item quatordecim porcos, Item quadraginta viginti sex Gallinas; item decem Aneres; item Pullos sexaginta sex. Item tria milia ovorum; Item Zonclatas septuaginta duas. Item septem marcas tres fortonos, et sex denarios Aquilejensis monete; Item mille sexcentas decem libras casei; Item duas urnas olei; Item totam lanam ovium contrate Zulmini ab ipso Domino Preposito, et ejus successoribus rationis ipsius prepositure debita fore dictis Decano, et Capitulo, seu Canonicis et ad prestandum eis illa prefatum meser Petrum Procuratorem dicti Prepositi; ac in ipsius Procuratoris personam Prefatum Prepositum, et successores ejus sententialiter condemnamus. Ne autem occasione administrationis, et prestationis rerum, et jurium predictorum ex hoc nostra diffinitione, ut supra, vel alias hinc inde debitorum, seu occasione alia alicujus discordie,

que,

que solent ex communione; et mutua rerum prestatione sepe sepius per venire inter dictas partes exoriri valeat, seu quoquemodo suscitari materia ex arbitraria potestate pro bono pacis, et quietis partium predictorum mandamus, laudamus, et ordinamus amicabiliter com ponendo ut ipse Dominus Petrus Prepositus, seu Procurator ejus assi gnet predictos mansos sitos ad Tortam Ambrosianam, et lesa et accorza sibi adjudicatas, ut supra, seu annuos fructus et proven tus eorum det, concedat, et deputet dictis Decano et Capitulo, et ipsi Decanus et Capitulum illos ab ipso recipiant in recompe sationem, solutionem, et satisfactionem dictarum prestationum, et jurium eisdem Decano, Capitulo, et Canonicis ab ipso Preposito ratione ipsius Prepositure debitarum, adjudicatum ut supra.

Que si quidem assignatio, datio, deputatio, et receptio, et dandi, et accipiendi obligatio duret, et observetur donec idem Dominus Pe trus fuerit prepositus in Ecclesia memorata ad tempus ulterius seu persona alia nullatenus transitura. Ceteras vero possessiones et decimas res et jura per nos eidem Preposito eidem adjudica tis ut supra, seu fructus redditus, et proventus annuos predicta rum possessionum, decimarum, rerum, et jurium similiter, et fructus dicte Prebende, seu ~~tivi~~ Civitatensis dicti Decanus, et Capitulum ad firmam recipiant, conducant, teneant, et habeant, et recipere teneantur a predicto Domino Petro Preposito, seu Procuratore ejus pro trecentis Florenis aureis boni, et recti

ponde

ponderis eidem Preposito vel ejus certo Nuncio annuatim solvendis nomine firme in Civitate Venetiarum, vel in Civitate Padue, vel in festo Nativitatis Dominice, donec idem dominus Petrus Prepositus fuerit ecclesie memorate. Intendentes insuper omnis odij, seu rancoris, et litigij cujuslibet suspitionem et materiam inter partes ipsas de medio tollere; ac in quantum possumus de ipsorum mentibus effugare. Affectantes etiam ut inter eosdem Prepositum Decanum, et Capitulum desiderande pacis et vere confraternitatis bona perveniant duratura; cum speremus, et teneamur pro certo quod ipsius Prepositi favor et successorum in ejus persona et specialiter dicti Reverendissimi Patris Domini Petri Cardinalis in Romana Curia, et alibi ubicumque poterit esse pro tempore ipsi Ecclesie Civitatensis, ac prefatis Decano et Capitulo multipliciter fructuosus, ad hoc ut ipse Dominus Prepositus, et suerga bonum, et augumentum ecclesie predicte propensius, et efficatius animentur pro utilitate ipsius Ecclesie, ac quiete dictorum Decani, et Capituli: Mandamus, laudamus, et arbitramur amicabiliter componendo, ut dicti Decanus, et Capitulum ac ipsorum successores dent, et solvant, ac dare, et solvere teneantur annis singulis Nativitatis predicte in altera predictarum Civitatem Venetiarum, vel Padue dicto Preposito, vel ejus certo nuncio alios trecentos florenos boni et puri auri, et recti ponderis de redditibus, et proventibus Capituli memorati donec ipse Dominus Petrus fuit Prepositus Eccle-

sie

sic predicte. Mandantes sub pena, et ad penam dicto compromisso adiectam; predicta omnia et singula per nos judicata diffinita, sententiata, laudata, et ordinata per hanc nostram sententiam, arbitrium, laudum seu compositionem a partibus ipsis perpetuo, et inviolabiliter observari, adimpleri, in nullo contra predicta vel ipsorum aliquem ullo unquam tempore fieri vel quomodolibet attentari occasione aliquod, sive causa, necnon excommunicationis contravenientium, seu contra facientium, vel supradicta omnia et singula non observantium tam Procuratorum, quam Principalium predictorum personas ac dictis Decano, et Capitulo contrafacientibus, vel predicta omnia et singula non observantibus interdicte Ecclesie Civitatensis predicta ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis sententias quas ipso facto incurrant, auctoritatibus quibus supra, et earum quolibet profferentes. Lata sit predicta sententia, seu arbitrium in scriptis, in Civitate Tarvisina in Episcopali palatio per supradictum D. Tolbertum Episcopum Tervisinum presentibus predictis Procuratoribus anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo indictione decima, die ultima mensis julij. Presentibus venerabilibus viris domino Bonacurcio Decano, Mescr Petro de Vincentia, et Presbitero Amoroso Canonicis, et Bartolomeo mansionario Ecclesie Tarvisine, Liberto de Baynaldo, Clerico Ecclesie Sancti Stefani de Martelago, Presendonio Notario clerico Plebis de Quinto, et Presbitero Ursono de Tervisio Testibus, et aliis pluribus ad hoc vocatis specialiter.

ser. ed. rogatis. Qui quidem Procuratores statim ibidem de mandato dicti Domini Episcopi predictam sententiam, seu arbitrium Procuratorio nomine dictarum Principalium personarum receperunt, gratificaverunt, emologaverunt, ratificaverunt, et acceperunt: Quibus nihilominus dictus Dominus Episcopus statim mandavit quod facerent predicta omnia, et singula emologari, ratificari, et acceptari per dictas Principales personas quam citius commode poterit, dictus quoque magnificus Dominus J. Valterus Procuratorio, et sindicario nomine quo supra volens predicte parere sententie dicto messer Petro Procuratorio nomine dicti Domini Prepositi restituit, et assignavit sicut potuit, ac restitutas, et assignatas esse voluit predictas Possessiones, res, bona, et jura adjudicatas Domino Preposito memorato. Dictus etiam messer Petrus Procuratorio nomine quo supra assignavit predictos mansos sitos ad portam Ambrosianam, et in Casa, et Accorza, seu annuos fructus et proventum eorum dedit, concessit, et deputavit prefacto messer Valtero Procuratori et Sindico, predictis Domino Decano, et Capitulo recipienti illas in recompensationem, solutionem, et satisfactionem dictarum prestationum, et jurium eidem Decano Capitulo et Canonicis ab ipso Domino Preposito ratione ipsius Prepositure annuatim debitorum, et adjudicatorum ut

supra

supra. Que siquidem assignatio, datio, concessio, deputatio et receptio ac laudi, et recipientis obligatio duretur, et servetur donec idem Dominus Prepositus fuerit Prepositus Ecclesie memorate. Ad tempus ulterius seu personam aliam nullatenus transituram; ceteras vero possessiones res, et iura eidem Domino Preposito adiudicatus ut supra, seu fructus redditus et proventus annuos dictarum possessionum similiter et fructus dicte Prebende Civitatensis idem meser Petrus Procuratorio nomine quo supra locavit, concessit, et dedit ad firmam eidem meser Vualtero Procuratori et Sindico nomine quo supra prodictis Decano, et Capitulo ipsas, ipsa, et ipsas recipienti pro trecentis florenis aureis boni, et recti ponderis, quas idem meser Vualterus Procurator et Sindicus nomine quo supra stipulatione interveniente solemni nomine firme una cum aliis trecentis florenis boni Auri, et iusti ponderis de redditibus, et proventibus Capituli memorati solvi, et dari promisit per dictos Decanum, et Capitulum eidem Domino Preposito, vel eius certo Nuncio annis singulis in festo Nativitatis dominice in Civitate Venetiarum, vel in Civitate Padue perpetuo donec idem Dominus Petrus fuerit Prepositus Ecclesie memorate sub penis, et in penis tam spiritualibus, quam temporalibus in sententia seu

Arbit.

Arbitrio predicto contentis. In quorum Testimonium prefatus Dominus Episcopus presens instrumentum per me Morandinum infrascriptum Notarium scripsi jussit et sui sigili pendenti munimine roborari .... Ego Morandinus de Romanzaco Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui, et de mandato dicti Domini Episcopi, et rogatu dictorum procuratorum plura instrumenta ejusdem tenoris scripsi, in cujus rei testimonio, et perpetue roboris firmate Dominus Petrus Prepositus memoratus presens instrumento per me Morandinum infrascriptum Notarium scribi jussit, et ~~fetit~~ sigilli sui ponderis munimine roborari.

Ego Morandinus de Romanzaco Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui, et de mandato, ac rogato dicti Domini Petri Prepositi duo instrumenta ejusdem tenoris scripsi et &c.

Ego Jacobus Aldebrandini de Vigerno Publicus imperiali auctoritate Notarius predicte emologationi interfui, et de mandato, et rogato dicti Domini Petri Prepositi huic instrumento scripto per Morandinum de Romanzaco Notarium me subscripsi meumque signum consuetum oponendo in testimonium predictorum.

Verci storia della marca Trevigiana Tomo IV.
Documento numero CCC. pagina 108.

Franzistane

lesimo
no sexto
ruario:
rum, Dol:
bnis
delibus
i gratia
Reveren:
t Syndi.
athrav.
t syndi:
nto in:
die se-
runito
, Actor
ico dei
, et syn
s aucto.
ini, pa:
Domini
indicarii
rter se
clarster

mnes ho:
ra pathri.
iarcatus
mmobili:
enfis
crum

[illegible]

[illegible]

1300 11. giugno Pace tra il Doge di Venezia Pier Gradenigo, e Pietro Patriarca d'Aquileja col tributo al Doge di 12 Pani, e 12 Porci.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Tricentesimo
indictione quartadecima, Pontificatus Domini Bonifacij Papa octavi Anno sexto
Mensis Junij die XI Ad quietem, pacificam, et Antiqui amoris conservatio:
nem inter illustrem Dominum petrum Gradenico Dei Gratia venetiarum, Dal:
matie, atque Croatie Ducem, et Dominum quarte partis, et dimidie totius
Imperij Romanie pro se, suo communi et Civitate venetiarum, suisque fidelibus,
et subiectis ex una parte, et venerabilem patrem Dominum petrum Dei gratia
pathriarcam aquilegiensem pro se, et ecclesia aquilegiensi ex Altera, Reveren-
dus Dominus Gilonus Archidiaconus aquilegiensis, procurator, Actor, et syndi
cus ad infrascripta constitutus eiusdem Domini petri Aquilegiensis pathriar
che predicti pro se, et ecclesia aquilegiensi, de cuius procuratorio, et syndi:
catu constat manu mei joannis notarij infrascripti publico instrumento in:
de confecto sub Anno Domini, indictione, et pontificatu predictis, die se-
cundo Mensis Martij, et eiusdem Domini pathriarche sigillo cereo munito
ex una parte, et Donatus lombardo scriba Ducis venetiarum procurator, Actor
et Syndicus ad infrascripta constitutus eiusdem Domini petri Gradenico dei
gratia Ducis, consilij et communis venetiarum, de cuius procuratione, et syn
dicatu constat manu jacobelli filij ezelini de Zordano imperiali aucto
ritate notarij publico instrumento inde confecto sub Anno Domini, in
dictione et pontificatu prescriptis die quarto mensis junij, et eius Domini
Ducis sigillo plumbeo munito ex Altera parte, procuratoris, et syndicarii
nominibus Antedictis ad pacem, pacta, concordia et conventiones inter se
se fecerunt communiter, et concorditer sicut inferius distincte singulariter
et expresse per ordinem continetur.

Imprimis siquidem convenere et inter se vicissim promiserunt, quod omnes ho:
mines venetiarum eiusque ~~eorum~~ districtus erant, salvi: et securi infra pathri
arcatum seu ducatum pathriarcatus, et per totum ducatum pathriarcatus
aquilegiensis in personis et rebus et bonis eorum mobilibus, et immobili:
bus, et e converso omnes homines ducatus pathriarcatus aquilegiensis

erunt

erunt salui et securi infra ducatum et per totum ducatum venetiarum in personis, bonis, et rebus eorum mobilibus, et immobilibus, dummodo non uadant, aut non uidentur ire contra banna statuta et ordinamenta Venetiarum

Item conuenerunt inter se, et uicissim promiserunt, quod si aliquis homo exiverit per aliquod flumen, aut per aliquem locum de districtu pathriarcatus aquilegiensis in mare, et uiolentiam, uel damnum aliquod fecerit alicui hominum de Venetijs, et districtu eius a portu, qui bauhice appellatur usque ad portum primarij, Dominus pathriarca predictus pro se, et ecclesia aquilegiensi debet, et tenetur infra uiginti dies postquam fuerit ad eum querimonia delata, facere, et curare secundum suum posse omnia ablata patientibus damnum seu uiolentiam in integrum emendare, et si hoc facere dictus pathriarca non possit, et non faceret, ~~et~~ tenetur, et debet infra alios uiginti dies sequentes soluere totum damnum illatum hominibus venetis et eius districtibus de camera propria,

Item conuenere, et inter se uicissim promiserunt quod Dominus Dux, et commune venetiarum debet habere suum uicedominum in terra aquilegie ad faciendum plenam rationem et justitiam omnibus petentibus et requirentibus de venetis tali quidem ordine, quod si aliqua sententia tempore aliquo a prefato uicedomino lata fuerit, uel querimonia coram eo facta contra aliquem non de jurisditione Domini Ducis, et communis venetiarum, ipse contra quem lata fuerit, uel querimonia lata, seu facta non de jurisdictione Domini Ducis, poterit appellare, si uoluerit, ad prefactum Dominum Ducem, et si veneti ~~ha~~ habuerint aliquid controuersie versum hominem aliquem, ipsi veneti possunt, et debent ad Dominum pathriarcham si uoluerint.

Item conuenerunt, et inter se uicissim promiserunt quod nullus homo potest facere testimonium contra venetis, nisi venetiss, secundum usum, et consuetudinem curie Ducati venetiarum

Item conuenere, et inter se uicissim promiserunt, quod omnes veneti, qui

dicuntur

dicuntur portularij habeant licentiam sine aliquo banno et contradictione hominis alicuius accipiendi et portandi ad aquilegiam tantam bladam, que sit eis, et toti familie de domo eorum sufficiens, ipsam bladam tantum Venetias apportando.

Item convenere, et inter vicissim promiserunt, quod omnes veneti apportantes salem, cepas, et alleum in Forojulio in aliqua parte, et permutantes ipsum salem, cepas et alleum pro aliqua blada licentiam habeant sine banno et contradictione alicuius ipsum bladum portandi quocumque voluerint.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt quod si aliqua pignora fuerint data a venetis super homines totius Ducatus pathriarcatus, vel ab hominibus dictus Ducatus patriarcatus supra venetis veneti qui dicuntur portularij, non debent pignorari infra terminos prelatos a portu basilice usque ad portum primarij, nec etiam in totto Ducatu sedis pathriarcalis nisi inter eos communis esset discordia.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod si communis contingeret discordia inter dominum Ducem et commune veneti, et dominum pathriarcam et ecclesiam aquilegiensem oriri et esse tam per preceptum imperatoris destinatum ad dominum pathriarcam pro danda licentia venetis exeundi de terra, sive jurisdictione ipsius domini pathriarche, tamper ipsum dominum pathriarcam quam per dominum ducem venetorum, precipientem venetos exire de terra et jurisdictione ducatus pathriarcalis, dictus dominus pathriarca tenetur dare venetis in totto Ducatu aquilegiensis pathriarcatus licentiam et securitatem plenam tam in personis quam in rebus eorum per quindecim dies ad portum basilice, et usque ad jam dictum portum primarij, et in ipsis portubus.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt quod vicedominus, qui erit in terra aquilegie tempore aliquo per dominum Ducem et commune venetiarum habere debeat, et habeat quadragesimum de duabus stationibus, una

una posita in ruga draparia et alia posita in foro sancti joannis aquilegiensis pathriarcatus secundum voluntatem ipsius vicedomini, ac etiam habere debeat ipse vicedominus pro domino Duce, et communi veneti[arum] stateras, libras, mensuras et bullum inter omnes venetos et redditus eorum percipere pro sua utilitate, nec debeat ipse vicedominus de suis bonis in toto ducatu predicti pathriarcatus aliquod persoluere datium, in quo quidem dictus vicedominus non debet comittere fraudem

Item convenere, et inter se vicissim promiserunt, quod omnes offense, que facte fuerint in predicto ducatu aquilegiensis pathriarcatus per venetos, per dictum vicedominum debeant puniri, excepta pena sanguinis que debet puniri per dominum Ducem venetiarum

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod homines veneti nullum teneantur, nec debeant in toto ducatu aquilegiensi datium solvere, excepta muta secundum usum, casatico hospitium, et recto ficto de possessionibus secundum usum terre aquilegie.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod dominus pathriarca pro se et aquilegiensi ecclesia remittit, cassat, irritat, et tollit, et dictum eius procuratorem eius nomine omnia datia per eum et eius predecessores aut ecclesie aquilegiensis officiales ubicumque, et per totum pathriarcatum, et ducatum posita super bobus, porcis, et aliis bestiis, aut super lignis, carbonibus, et aliis quibuscumque mercationibus, et quod hoc de cetero non imponentur aut imposita non tollent.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod omnia alia datia, et quecumque novitates facte per eundem dominum pathriarcam, aut eius predecessores et ecclesiam aquileiensem contra formam predictorum capitulorum et infrascriptorum sint cassa et casse et ea et eas ipse dominus pathriarca pro se, et ecclesia Aquilegiensi et dictus eius procurator pro eo expressim remittit,

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod dominus pathriarca

pro se

pro se, et ecclesia aquilegiensis omnes stratas, et flumina per suam fortiam, et eius districtum ducatus pathriarcalis emittet, et concedet liberos, et apertos mercatoribus, et mercationibus . . . .

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod si aliquis non de jurisdictione Domini pathriarche venetis inferret violentiam aliquam seu damnum hominibus venetis . . . . . . Tantum basilice usque ad primarium et per totum ducatum aquilegiensis pathriarche, Dominus pathriarca debet de quolibet rationem, et justitiam ipsis hominibus venetis facere si aliquo tempore inventus fuerit malefactor in toto ducatu aquilegiensis pathriarcatus

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod Dominus pathriarca pro se, et Ecclesia aquilegiensis dare debeat, et teneatur ducatui venetiarum duodecim panes, quorum quilibet esse debeat unius stari de cellario ipsius Domini pathriarche, et duodecim porcos omni Anno et suis expensis dictos duodecim porcos, et duodecim panes predictos mittere debet usque ad palatium Domini ducis venetiarum

Assumptum fuit supradictum exemplum Capitulorum ex quodam alio exemplo penes Nobilem Dominum Gabrielem de Strasoldo de verbo ad verbum, ut in ipso, et quia in supra assignatis locis, ubi apparet defectus littere, non est huiusmodi defficientia ob vicium aliquod instrumenti, sed tantum ex Antiquitate dicti reperti instrumenti, et corrosione eius, ex quibus Antiquitate, et corrosione legi dicta littera seu textus dicti instrumenti non potuit, ideo omissa sunt spatia supranotata.

Da Libro antico, manoscritto, esistente in Udine nell' Archivio della Patria, intitolato: Ducat. [illegible]

Cas.° di Porpetto 27. Luglio 1816. Confrontato, e corretto da me

Frangipane

ine molto

die primo

riste

nellano

Ghitonis

venera-

is, et Ghi-

ronici

de Cestro

orum

denuncian

copo Apo-

gnjsici

nsis au

gominus

secano

od ipsi

et no-

entes

ra er

lapis

Archi-

pia

1301. 1. marzo Il Vescovo di Concordia e il capitolo d'Aquileja creano un nunzio per notificare l'elezione del Patr. Ottone di Ortemburg al legato apostolico (imperfetto)

Da un protocolo in ottava mancante del principio e del fine molto coreso. Notaro Antonio da Cividale appresso il Signor Fistulario

In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem MCCCI. indictione XIIII. die primo mensis Martij in Civitate Austria in Ecclesia Sancti Joannis Baptiste presentibus dominis Guichichone archidiacono Saune .. Thoma capellano Cenobii vallis Sancte Marie, Albertino de Placentia socio domini Ghitonis infrascripti .. Johanne de Zucola .. Wernardo de Lanzana et alij venerabilis Pater dominus Jacobus Dei gratia episcopus Concordiensis, et Ghitonus Archidiaconus et Odolricus de Glemona Aquilegenses Canonici fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt magistrum Johannem de Cellro plebanum de Azano presente, et hoc mandatum suscipientem eorum certum nuncium, et procuratorem legitimum ad notificandum et denunciandum Reverendo Patri et domino Fratri Matheo Portuensi Episcopo Apostolice Sedis legato postulationem per eos factam de persona magnifici v. Domini Ottonis comitis de Ortumburch prepositi Brixinensis ad patriarchatum Aquilegensem et ad notificandum eidem, quod si ipse dominus legatus vellet in facto electionis celebrate de domino Pagano decano Aquilegensis in Patriarcham Ecclesie Aquilegensis procedere, quod ipsi parati erunt comparere ad impugnandam electionem predictam, et postulationem suam sicut expediens fuerit prosequendam. Promittentes firmum et ratum habere quod idem magister Johannes procurator in predictis duxerit faciendum

---

Die . V. intrante martio in Civitate Austrie in domo domini Johannis q.m domini Ottoneli de Civitate presentibus dominis Guicicone Archi-dia

diacono [illegible] · Bonetto Canonico · et Agnzutto Mansionario Civitaten.
ss. · Johanne Domini Ottonelli Odolrico Notario de Civitate et aliis.

Venerabilis Pater, Dominus Jacobus concordiensis Episcopus, et Dominus Sim: sonus Archidiaconus, et Canonici Aquilegenses fecerunt et constituerunt Friderionum de Steymburch presentem et &c. suum procuratorem ad petendum et recipienium a Domino Martino preposito, ancti felicis Aquilegensis, et Jacomo Mansionario Aquilegensis notario seu eorum alteri instrumentum decreti Postulationis per eos facta de persona venerabilis, et Magnifici viri Domini Ottonis Comitis de [illegible]tembu rch prepositi Brixinensis ad Patriarcham Aquilegensem, et solvendum eis de suo labore et &c. promittentes et &c.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 141 esistenti presso il Nobile Signore Faustino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

1301. 8. Luglio Il Comune di Cividale deputa nunzi a trattar pace col Conte di Gorizia, o alleanza con Udine e Gemona per difesa del Conte di Ortemburch 53.

Dib un Protocollo in Ottavo mancante del principio, e del fine ricito coroso Not.º Antonio da Cividale appresso il Sig.r Fistulario.

~~Die ultimo Mensis Junii in Civitate Austriae super domo Communis presentibus dominis Asquino de Varmo potestate, Paulo Castaldione, Henrico de Portis, Fulchero de Sbroiavacca, Candido de Canussio, Thomado de Civitate, et aliis. Dominus Johannes de Zucola rogavit dominum Bernardum Decanum, et Dominum Lodoycum Canonicos Aquilegienses, ut faciant dominum Comitem Henricum Capitaneum Fori Julii~~

Die VIII. Intrante Julio in Civitate Austriae super domo Communis. Presentibus venerabili Patre Domino Jacobo Concordiensi Episcopo, et dominis Bernardo decano Civitatensi et Lodoyco Canonico Aquilegensi Valterobertolo de Portis et aliis. Domini Asquinus de Varmo Potestas, et Paulus Castaldio, Consilium, et quidam equites de Civitate ibidem ad sonum Campane more solito congregati nomine eorum, et Communis Civitas fecerunt et constituerunt dominos Henricum de Portis, Conraducium quondam Domini Philippi, et Leonarducium de Civitate quondam Domini Varnerii Schenche presentibus, et Dominum Candidum de Canussio, et Nicolaum advocatum Civitatensem sicut absentes suos, et dicti Communis certos

nuncios syndicos et procuratores ad conveniendum cum hominibus Utini, et Glemone, et tractandum pacem et concordiam si fieri potest cum Magnifico viro domino H. Comite Goritie sin autem cum Magnifico viro domino M. Comite de Ortemburch tractandum omnem viam defensionis quam cum hominibus Utini et Glemone viderint expedire, et ad faciendum promissiones obligationes juramenta securitates, et omnia que judicaverint oportuna, promittentes firmum &c. cum omni melioramento

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem Tomo I. pag. 83. Carolus Fabricius Collocavit, et descripsit
In Casa Fabricio di Udine

Castello di Porpetto 29. Gennaro 1819.

C. Frangipane

r.

ci-

le

quan-

ite

recn.

uf

que-

rons.

eile

men,

num

ier

co.

uni;

la-

ur,

to

ion

'mi

pro.

i'fte

ha

ifo sia

lib

15.

nuci-
dale

ini quon-
sacta
ite, ocu.
minus
l, sequ-
prom.
za mile
lempnem,
ipinim
refur
ino, o-
immuni-
ad fa-
ltetur,
sasto
n non
gas nisi
lvas pro-
à si fte
iarchas
custodia
tchi

1301. 24. Luglio Patti tra il Co. d'Ortemburg Capit. gen. del Patriarcato, e Musato di Arisperg nelle guerre dei Friulani pel Patriarcato di Ottone

Da un Protocollo in ottavo mancante del principio e del fine molto coroso Not.° Antonio da Cividale appresso del ... Justiniano

Die VIII. exeunte Julio in Civitate Austria in domo Martini quondam Wolrici Zanoli de Civitate presentibus Venerabili Patre Domino Jacobo Concordiensi Episcopo, et Domino Raynero de ... Portico Longo de Civitate, et aliis Magnificus vir Dominus Maynardus Illustris Comes Ortumburghensis Patriarchatus Aquilegiensis Capitaneus generalis per stipulationem solempnem promisit Musato de Civitate Capitaneo in Arisperch sub pena mille marcharum denariorum Aquilegensium conservare eum indempnem, et eum expedire, si per Capitulum Aquilegensem vel futurum Dominum Patriarcham aliqua briga, vel questio moveretur de eo quod Castrum de Arisperch aperuit ipsi domino, et comiti, et sue genti, vel aliis de ejus mandato ..... Communitatibus Civitatis, Utini, et Glemone, et eorum amicis ad faciendam Guerram inimicos ..... quod gens que mittetur, et erit in Arisperch ...... et obediat ipsi Musatto tamquam Capitaneo dicti loci, et quod dictus locus sibi non auferetur per eos, et quod non faciet pacem vel treugas nisi discordia quam Musattus habet cum Wicardo de Petrap. pro se erat interposita in dicta pace vel treugis, et quod si ... reverendus pater dominus Otto frater suus erit Patriarcha sibi satisfaciet de expensis quas fecit, vel fecerit pro custodia

Hoti

dicti castri et de damnis que percepit ex dicta causa, et si aliud erit Patriarcha sibi de hoc astatis consilio, auxilio et favore sub pena mille Marcharum denariorum Aquilegensis. Et pro eo quod per ipsum et suam gentem, seu alios quos miserit Frispergum dictus locus non auferetur Musatto, et quod sibi obediens ut est dictum domini Johannes de Zucola, Henricus de Portis Paulus Castaldio Civitatensis, Fulcherus de Savorgnano, Candidus de Canussio, Guilhelmus de Scarleto, Petrus Fundari pro se, et Guillelmo quondam domini Fa: Sangani ejus voluntate . . . . . . Nicolaus advocatus Civitatensis, et Leonarducius de Civitate quondam domini Warnerii Selenche, et Conraducius quondam domini Philippi de Civitate fidejussores extiterunt, promiserunt, et obligantes se sub dicta pena mille Marcharum quod per gentem que per communitates mittetur Frispergum dictus locus sibi non auferetur, et quod obedient ipsi Musatto ut dictum est.

Et insuper dictus Musattus corporaliter ad sancta Dei Evangelia juravit recipere dictam gentem in Castro de Frisperch, et inde guerram facere inimicis.

Dictus vero dominus Comes Magnardus juravit predicta attendere et observare. Preterea predicti domini Comes Magnardus et domini Johannes de Zucula, Henricus de Portis, Paulus Castaldio, Fulcherus de Savorgnano, Candidus de Canussio, Guilhelmus de Scarletto Conraducius domini Philippi, Odoricus Longus, Petrus Fondari, Guillelmus domini Solangani, Nicolaus

ss advocatus et Leonardutius de Civitate fide prestita manuali promiserunt non facere treugas, vel pacem si discordia, quam musattus habet cum Ricardo de Pietra pilosa non erit interposita.

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo I. pag. 83. tergo Collect. Fabricius collocavit et descripsit. ← In Casa Fabrizio di Udine

Castello di Porpetto 30. Gennaro 1419.

Franngiovanne

Item eo die in Civitate Austria in domo domini Johannis de Zucola presentibus dominis Gullelmo de Scarlebo Guillelmo quondam domini Galangani, Henrico de Pilis .... de Cadrigneria, et aliis pro eo quod musattus de Civitate Capitaneus in Frisperch promisit ibidem aperire locum de Frisperch domino Lodoyco filio quondam domini Detalmi de Villalta pro se, et fratribus suis idem dominus Lodoycus per solempnem stipulationem promisit ipsi musatto conservare eum indempnem si per dominum Patriarcham futurum, vel Capitulum Aquilegiensem, vel alios sibi aliqua brigha, vel questio moveretur de eo quod inde fieret guerra domini Comiti de Duyno et suis coadjutoribus, et quod per ipsum dominum Lodoycum et fratres et suos non auferetur domino musatto locus de Frisperch immo ipsum custo-

dias

diei eiusdem, et sibi predicti tamquam capitanei et promiserunt
vicissim inter se adjuvare se de guerra seu briga, quam ha-
bent cum domino Hugone de Duyno, et Wicardo de Portapilo-
sa, et non facere pacem vel treugas sine voluntate, et consen-
su utriusque partis sub pena, Quadrigentarum Marcharum dena-
riorum Aquilegiensem, pro quo domino Rodoyco domini Johannes
de Zucola, Fulcherus de Savorgnano et Candidus de Canussio pro
rata fidejussores extiterunt, et insuper dicte partes corporali-
ter juraverunt predicta attendere, et inviolabiliter observare, et
insuper dictus dominus Rodoycus promisit fratres suos his fa-
cere consentire et confirmare etc.

Così come dicto

D. F.

1306 22 Genn.° O. Patr. vieta a Odorico di Gemona Can.co Aquil. di aver communicaz.e co' Villaltei

— 9

Quaternus notarum factarum per me Meiorantiam

~~Da un protocollo in 4 senza il nome del notajo perche mancante~~

Protocollum Reverendi in Christo p. D. Ottoboni Dei gratia S.S. Aquilegiensis Patri

~~del principio fra li miei manoscritti, scritta circa l'anno 1306 fin~~

[illegible] in eius domini Patriarche curia sub anno nativitatis domini

~~ne scritto il gentilissimo sig. conte Fabrizi d'Udine~~)

1306 indictione 4ta

Die XXII Ianuarii in castro Utini super Patriarchali Palatio. Presentibus Domino Fratre Alberto de Ramatello. Domino Guidono Archidiacono Aquilegensi. Domino Philippo preposito Sancti Stephani. Domino Petro de Castro Utini. Magistro Odorico notario de Utino et aliis. Reverendus Pater Dominus O. Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha precepit Domino Odorico de Gemona Canonico Aquilegensi in eius presentia constituto quod sub obtentu gratie, ac sub pena privationis officii et beneficii non audeat de cetero intrare locum de Villalta nec cum illis de Villalta habere colloquium, absque eius licentia speciali et quod idem mandatum ex parte ipsius domini Patriarche faciat Domino Matthie fratri suo.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 179 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 17. giugno 1817. C. Frangipane

1386 3. marzo Ottob. Patr. communica ai Suffraganei la lettera dei Legati Papali i quali chiedono la quota dei sussidj 58.

Ottobonus etc. venerabili Fratri D. Episcopo Paduano, et ejus Capitulo, et locumtenentibus eorundem salutem et sinceram in Dno karitatem. Noveritis nos a ... Pontifice Sedis legati quasdam patentes litteras recepisse ipsorum sigillis cereis pendentibus sanis, et illesis munitas tenoris, et continentie infrascripte.

Venerabili Patri in Xro Dno ... Dei gratia Patriarche Aquilegiensi et ejus Capitulo, et cuilibet eorundem, et locumtenentibus eorundem. Guillelmus permissione ejusdem quabalitane Episcopus, et Bisfortis Albas Lumbersensis in Ecclesia Tolosana Dni Pape Cappellanus ad pacificandum et reformandum statum provincie Tuscie, marchie Anconitane Romandiole, Ducatus Spoletani, atque Civitatum Bononie, Perusii, Reate, Tuderti, Interampnis, Urbini, et partium circumvicinarum per sanctissimum Patrem Dnum nostrum Dnum Clementem divina providente Clementia sacrosancte Romane, ac universalis Ecclesie summum Pontificem destinati salutem, et mandatis apostolicis firmiter obedire. Cum circa reformationem, et pacificationem dictarum provinciarum guerrarum et sissurarum discriminibus afflictarum a mense septembris cujus sexta decima die in Tuscia applicamus citra fuerimus jugiter immorati, et adhuc nos opporteat ulterius immorari, sicutque, ac fuerint persone ecclesiastice dictarum

provin.

provinciarum ex dictis guerrarum anfractibus et aliorum legatorum, et nunciorum apostolice sedis adventibus, et nostra provisione sumptuum non modico aggravate facultationisque predicti domini nostri summi Pontificis nos mittentis extiterit quod expensarum nostrarum onera ut portarentur facilius a pluribus quam a paucis inter convicinas et remotas provincias partiremur sicut rescripti eiusdem indicat series presentibus annotatis. Vos dominum Patriarcham, et Capitulum vestrumque singulos et locum vestrum tenentes auctoritate nobis in hac parte comissa requirimus et rogamus nihilominus cum reverentia qua decet precipiendo districte quatenus infra decem dierum spatium a receptione presentis numerandum, quorum tres pro primo, alios tres pro secundo, et reliquos quatuor pro tertio termine peremptorio assignamus solvatis vice nostra pro sumptibus nostris triginta sex dierum Venezie filio leti de Florentia vel ipsius sociis apud Tervisium comorantibus sexcentum ducicim florenos aureos videlicet decem et septem florinos pro die, quos condividatis inter vos, et personas Ecclesiasticas Civitatis et Diocesis vestre exemptas, et non exemptas, et omnes Episcopos vestre Aquilegiensis provincie infrascriptos, videlicet Mantuanum, Cumanum, Tridentinum, Veronensem, Paduanum, Vicentinum, Tervisinum, Concordiensem, Cenetensem, Feltrensem, et Bellunensem, Polanum, Parentinum, Tergestinum

gesium Comacinum Capudsinae vel Justinopolitanum, Civitatis nove, vel Emonensem et omnes personas ecclesiasticas exemptatis, et non exemptatis Civitatum et diocesium eorundem cum justis et moderatis expensis super quibus vestram conscientiam honeramus juxta uniuscujusque facultatem secundum decime solutionem, seu alium juxta modum apud vos hactenus consuetum, prout vestra paternitatis, et discretio noverit expedire. Porro vobis Dne Patriarcha, si premissa non adimpleretis infra dictum terminum cum effectu, et omnibus Episcopis qui solvere noluerint, vel neglexerint infra terminum per vos assignandum partem per vos taxatam, et impositam eidem ingressum Ecclesie interdicimus, in vos autem Capitulum, et in omnia alia Capitula et ecclesias ac loca provincie vestre quarum Rectores, et Prelati solvere recusaverint quod eidem impositum fuerit pro premissis: interdictis, et in ipsos Prelatos, et Rectores non solventes excommunicationis in his scriptis sententias promulgamus eorum absolutionem, et relaxationem nobis reservantes quietationem nobis de predictis scilicet sexcentis undecim florenis nomine nostro cum soluti fuerint faciendi dicto Vincentio filio Vieti vel ipsius sociis Terrisij commorantes presentium serie, quas registrari, et sigillum nostrum cereum appensione communiri fecimus, de quarum presentatione tibi nos faroni dabimus, committemus cum octo florenos auri pro expensis suis tradere non tardetis. Dictarum autem litterarum apostolicarum tenor sequitur in hec verba. Clemens Episcopus &c. Datum Macerate in Provincia Marchie Anno a Nativitate Millesimo CCC. sexto indictione quarta, die tertio

mensis

[...]iensis ii anno. Volentes igitur mandatum predictorum Dominorum Le-
gatorum immo verius Apostolicum Reverenter exequi ut tenemur, Vos
requirimus et ortamus vobis nihilominus sub penis contentis in
litteris suprascriptis ex nunc si contrafeceritis in vos latis prec-
piendo mandantes quatenus .. florenos vos et vestram diocesim
de dicta provisione, et expensis factis pro eas exigenda distri-
butione congrua contingenti infra tres dies ab harum presen-
tatione inclusive .. nuncio nostro exhibitori presentium,
cui super earum presentatione prestabimus plenam fidem
dare et solvere procuretis, quos conditionis inter vos, et personas
ecclesiasticas civitatis, et diocesis .. exemptos et non exemptos cum
justis, et moderatis expensis juxta uniuscujusque facultates secundum
decime solutionem, seu aliud juxta modum alias vel hactenus ob-
servatum, prout discretio vestra noverit expedire super quibus ve-
stram conscientiam oneramus. Insuper eidem nuncio provisuri
in uno floreno auri, unaque die qua pro recuperatione dicta pecu-
niae summae apud vos manserit die sui adventus inclusa.

Da manoscritti del Sig. Carlo Fabrizio d'Udine intitolati
— Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium — Tom. II.
pag. 69. Carolus Fabricius collegit et descripsit.

Castello di Corneto 24. gbre 1619

Frangipane

1308. 14. xbre. Il Patr. elegge Procuratori a perseguitare in giudizio molti suoi signorotti fautori del Caminese

Gualterius notarium [illegible] [illegible] me Ricovrantiam notarium

Da un protocollo senza nome del notaio perchè mancan

Reverendi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Aquilegensis [illegible] in [illegible]

~~te del principio di fra li miei manoscritti scritto circa l'anno 1304~~

[illegible] Patriarche curia sub anno nativitatis Domini 1306 indict. 4.

(così ha scritto il gentilissimo Sig. Carlo Fabrizio ~~padre~~)

Die XIIII. intrante Decembri in Castro Utini in majori sala nova presentibus V. V. fratre Alberto Abbate Sumaquensi. Domino Petro milite de Utino. Domino Francisco Bovarotta Ricardo de Andriottis carsmanno et Francisco de Castro Utini Magistro Francisco Notario de Utino et aliis. Reverendus in Christo Pater et Dominus Dominus O. Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha suo et Aquilegensis Ecclesie nomine fecit constituit et ordinavit Petrum [illegible] de Castro Utini, et [illegible] de Utino licet absentes quemlibet eorum in solidum ----- suos certos nuncios sindicos et yconomos et procuratores legitimos in omnibus litibus causis et questionibus quas movere seu movere intendit infrascriptis et cuilibet eorundem insolidum videlicet. Dominis Warnero et Odorico fratribus de [illegible] Domino Gilloro filio quondam Domini [illegible] de Villalta. Domino Articho et Zafino fratribus et filiis olim Domini Henrici de Prampergo - - Heredibus olim Domini Walterpertoldi de Spenimbergo. Adriono, Odorico dicto Rubeo et Guarnero de Tolcinicho, Odorico de Villalta, Lodoycho et Panulfino de Cavriacho, Symone de Budrio Odorico de Zopola, Bertholdo de Dosano, [illegible] et Nicolao ejus filio de Rodeglano, Domino Cunvado [illegible] de [illegible] Warnero de Artenea, Henrico de Zegliacho, Antonio Buiraffi, Michelussio et [illegible] fratribus de [illegible] gario, Symone (sic) de Magorea Nicolao filio Domini Corenetti de [illegible] cto Daniele, Leonardo filio Ribisi, Philipussio et Pedrussio fratribus filiis Coradutii de Civitate, Danquardo et Camillo cum quatuor sociis

sociis familiis Pauli Bojani et Francisco olim domini Calve, occasione excessus per eos comissi ut dicitur intrando terram Utini armata manu una cum domino R. de Camino quod ipse, notarter armata manu noviter intravit eandam causa occidendi ipsum dominum Patriarcham et supponendi homines et jurisdictionem ejusdem terre sicut fertur sue tyrampnice servituti, seu alia occasione infidelitatis cujuscumque coram domino Petro de Utino, quem ipse dominus Patriarcha sententiator posuerat loco sui, seu alio competente judice quocumque ad agendum, proponendum, deffendendum, excipiendum, replicandum, testes et instrumenta producendum et reprobandum, sententias audiendum, appellandum et appellationes prosequendum, et de veritate et cujuslibet alterius generis juramentum in animam ipsius prestandum, et ad omnia et singula faciendum que in premissis et circa premissa fuerint oppotuna etiamsi mandatum exigerent speciale, et ipse facere posset si personaliter interesset. Promittens suo et Aquilegensis Ecclesie nomine michi subscripto notario stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesset poterit se firmum et ratum habere et tenere quidquid per dictos procuratores et sindicos aut eorum alterum actum seu procuratum fuerit in premissis, et quolibet eorundum tam in perdendo, quam in lucrando eos et quemlibet eorum in solidum ab omni satisdationis honore nichilominus relevando sub obligatione omnium suorum et Aquilegensis Ecclesie bonorum.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale

sotto

intitolati = Otium Forojuliense = Tom XXVIII. pagina 190 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Cas.° di Porpetto 18. giugno 1817.

Frangipane

1309. 7. aprile Circolare del Patr. O. chiedente sussidj coll'assenso del Sinodo per le Collette dei Legati Ap. e per le spese delle guerre 73.

Millesimo CCCVIIII. Indictione septima.

O. Dei gratia Sancte sedis Aquilegiensis Patriarcha dilectis filiis .... decano, et Capitulo Aquilegiensi, ac universis Decanis Archidiaconis Prepositis Abbatibus Prioribus, Capitulis, et conventibus Plebanis, et aliarum Ecclesiarum Rectoribus et Ministris Aquilegiensis Civitatis et Diocesis salutem et Benedictionem in Domino. Cum tam occasione oblationis per Clerum Nostrum in Synodo nostra in crastino beati Luce preteriti apud Utinum Celebrato de certa quantitate pecunie liberaliter nobis facte maxime pro recompensatione dampnorum et expensarum que pro collectis Legatorum apostolice sedis, et causis aliis clerum nostrum comuniter tangentibus evanul rivonensi quam etiam pro militia sexaginta hominum armatorum quos a preterito festo Epiphanie usque ad unum annum nostris, et Cleri expensis debuimus habere paratos, nec non pro notoriis et gravibus expensis, que sustinemus propter guerrarum incursus pro libertate nostre Ecclesie, et vestrorum omnium conservanda nuper apud Civitatem nobis existentibus in Capitulo Civitatensis Ecclesie ubi erant majores et potiores cleri nostri ad hoc specialiter convocati nobis concessum fuerit, quod juxta taxationem et impositionem collecte Reverendo Patris Domini Napoleonis olim apostolice sedis Legati quantum quemlibet vestrum contingebat de illa tantum camere nostre propter evidentia onera usque ad festum Pentecostes proximum debeat integraliter assignari, et unumquemque vestrum contingat quantum continet cedulam quam sibi lator presentis assignabit, cui de ipsius cedule

asti

assignatione prestabimus plenam fidem, vos universos et singulos pro primo secundo, et tertio [p]eremptorie requirimus et monemus vobis nihilominus sub excommunicationis pena precipiendo mandantes quatenus quilibet vestram quantitatem ipsum contingentem Francisco Saxuti de Utino apud Utinum usque ad diem festum Pentecostis assignare procuret. Nos ei ex nunc prout ex tunc in unumquemque qui partem eum contingentem non solvit infra terminum antedictum ~~excommunicat~~ [excommunicationis] sententiam scriptis presentibus promulgamus, ad privationes beneficiorum, et penas alias nihilominus processuri. Datum Utini die septimo Aprilis.

Da Manoscritti del Sig.r Can.co Fabrizio Nicoletti = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo III pag. 13/16. Carolus Fabricius collegit et descripsit [illegible]

Frangipane

Castello di Tarpetto 13 9bre [illegible]

304 Federico d'Austria conforta il Patr. O. a tornare alla difesa delle proprie cose, e gli promette assistenza

Da un protocollo in 8 senza il nome del notajo perche mancante del principio: Fra li miei manoscritti, scritto circa l'anno 1304 (così ha scritto il gentilissimo Sig.r Carlo Fabrizi udine)

Venerabili in Christo Patri Domino O. Sancte Ecclesie Aquilegensis Patriarche Fredericus Dei gratia Dux Austrie et Stirie &c. conformem ad sua beneplacita voluntatem. Commendare non possumus sed dolemus si adversitatis causa de vestris terris, munitionibus, hominibus vestram absentare presentiam voluistis, cum nos juxta fedus vobiscum contractum parati fuerimus et semper esse velimus nostra vobis in quolibet necessitatis articulo auxilio pro viribus impertiri. Unde consulimus, rogamus, et propensius exhortamus quatenus sollicita magnanimitate robusti ad propria imperterrite redeatis ad defendendum nostro juvamine gubernationi vestre credita et comissa. Injunximus enim - - - nostris fidelibus ut secundum vestras opportunitates auxilia vobis porrigant et impendant.

F. d'Austria conforta i sudditi del Patriarca ad essere fedeli al loro signore contro i nemici

Fridericus et &c. Universis nobilibus civibus ceterisque fidelibus Reverendi Patris Domini O. Patriarche Aquilegensis salutem et promotionis affectum. Cum jamdictum Patriarcham Dominum nostrum, ac vos universos et singulos zelo dilectionis fervide prosequamur dolemus non immerito si ullis adversitatibus quietis vestre tranquillitas quateretur. Inde quia tam ipsi Domino Patriarche quam vobis in necessitate quolibet adesse volumus auxiliis opportunis sinceritatem vestram rogamus et attentius exortamur quatenus prelibato Domino vestro Patriarche juxta fidelitatis vestre debitum constanter et viriliter assistentes terras et munitiones

nes ejusdem ac vestras contra quorumlibet insultus hostium defen-
dere strenue studeatis saltem usque ad redditum sepedicti domini
Patriarche, quem etiam non cessetis consiliis consolamine et qui-
buscumque poteritis exhortationibus ad propria revocare. Nos
etenim fidelibus nostris -- districte commisimus, ut in nullum
eventum vos deserant. consiliis et auxiliis quandocumque de par-
te vestra fuerint requisiti.

Da manoscritti di Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 108 esistenti presso il Nobile signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto, 17. giugno 1817.   C. Frangipane

2

ivan

nsis

rII.

—

i

ascripti

de Cani

do quon

ineto

de ui

l se

qui

ultra

ia co

hujus

hujus.

one

lennen

infra

scripto

ivan :

nsis

VII.

—

asvripti

de Cari:

do quor:

ineto

de un:

l se

qua

ultra

a co:

hujus:

hujus:

one

lemnem

infra:

scripto

1310. 16. 7bre Dorio di Udine detto Centomille confessa d'essere stato usurajo e promette solennemente la restituzione del mal tolto

12

In Christi Nomine Amen.

Liber breviaturam facturam per me Mejoran-
tium scribam Patriarchalis curie Aquilegiensis
sub Anno Nativitatis Domini Mill.o CCCVII.
Indictione V.a e seguenti

Cautio Securitatis usurarum Dosi Tusci

9.

Die XVI.a septembris in Utino super domo habitationis infrascripti
Dosi presentibus Fr.e Francisco de Utino et Fr.e Odorico de Cano-
pa ordinis predicatorum, Magistro Manno Physico Candido quon-
dam Brisetti, Girardo sartore filio q.m Martini de Carpeneto,
Amato not.o de Utino, et aliis. Dosus dictus centummille de Cu-
no Utini comorante Quarantavil dixit et confessus fuit se
fuisse et extitisse publicum et manifestum usurarum, et Quin-
quaginta Marchos denariorum Aquilegensis monete et ultra
habuisse, et extorsisse per usurariam pravitatem, et quia co-
gnoscebat se esse ex hoc deum graviter offendisse, et pecati hujus-
modi penitebat eundem, nec intendebat fenus et crimen hujus-
modi exercere ulterius sed ab omni usurarum extorsione
et quelibet exactione illecite de cetero abstinere per solemnem
stipulationem promisit per se suosque heredes mihi not.o infra-
scripto

recepto stipulanti et recipienti nomine et vice Reverendi Patris domini ... sancte sedis Aquilegiensis Patriarche ac nomine et singulorum quorum interest, vel interesset predictos quinquaginta marchas, et generaliter omne id, et quicquid ultra ipse Dosus habuit, et extorsit seu eum habuisse, et extorsisse per pravitatem usurariam poterit quolibet modo legittimo reperiri solvere et integraliter restituere illis personis quibus fuerit ipsa restitutio facienda, et usuras de cetero non exigere nec ulterius exercere. Si autem predictis usuris non restitutis decesserit voluit et mandavit quod ipse usure et male oblata per eum acternus extorte, et extorta per suos fideicomissarios, vel heredes restituantur integraliter de bonis suis illis personis quibus de jure restitui debebuntur, et quod restitutio ipsa fiat coram ipso domino Patriarcha vel ejus vicario de plano sine strepitu judicii, et absque libello omnique querimonia et querella prout eidem domino Patriarche vel ejus vicario utile videbitur et salubre non obstantibus instrumentis aliquibus solutionis seu finis et remissionis ab aliquo ei factas. Promisit etiam ipse Dosus reficere et restituere integraliter omnia dampna et expensas que et quas quelibet persona cujus interest, vel interesset fecerit, vel sustinuerit in judicio seu extra pro predictis usuris repetendis, et exigendis quotiescumque ipse usure non fuerint per ipsum Dosum vel ejus fideicomissarios seu heredes ut premittitur restitute, et contra predicta ve-

nire

predictorum aliquid non probare solutionem finem vel pactum seu remissionem, nec aliquid aliud allegare vel proponere quo minus predictarum usurarum restitui libere impediri valeat vel differri nisi per publicum instrumentum coram predicto domino Patriarcha seu Vicario ejus factum per bonum notarium et legalem. Pro quibus quidem usuris plene restituendo, et prescriptis omnibus et singulis firmiter attendendis supradictus Dossus michi not.° nomine quo supra stipulante obligavit et obligata esse voluit omnia sua bona presentia et futura que se constituit precario possidere usque ad satisfactionem plenariam omnium predictorum: Renuncians super hoc exceptioni doli mali, et in factum actionis, et conditionis sine causa, vel ex injuria causa, omni appellationi et appellationis remedio per peccatum, litteris impetratis, et impetrandis per pactum, ac omnibus exceptionibus beneficiis, privilegiis et juribus canonicis, et civilibus factis et expressis ipsi Dosso seu heredibus vel comissariis ejus de jure vel de facto competentibus vel competituris. Promisit insuper ipse Dossus, ac juravit corporaliter ad sancta dei evangelia stare, et parere mandatis Ecclesie, et domini Patriarche supradicti, et supradicta omnia et singula a se promissa attendere et inviolabiliter observare et non contravenire aliqua ratione, ingenio, seu causa. Dominus Magister Bonaventura Phisicus, Ulevi viola da Florentia et Bochigna de

Ussiro

Utrino quilibet ipsorum pro rata ad petitiones ipsius Dñi se fi-
dejussores constituentes, seque principaliter super bonis ipsius
Dñi usque ad quantitatem expressam superius obligantes, per
solemnem stipulationem promiserunt Xpl.° stipulanti et reci-
pienti ut supra, facere, et curare cum effectu quod predicti
Consus omnia et singula suprascripta et eo promissa su-
perius firmiter attendere, et inviolabiliter observari, et fa-
ciet.

Fin Manoscritti intitolati = Monumentorum ad
Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo I. pag. III.
Carolus Fabricius collocavit, ed descripsit.

Castello di Porpetto I. Febraro 1829.

Frangipane

1312 28. maggio circa — Enrico VII imp. dà autorità al Patr. di cassare in futuro le affittanze fatte senza il di lui consenso minori del consueto

Ex Membranis Capituli Civitatensis
Excerpta
ex Sacculo XVI.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Sicilie. Universis in Marchia Ystrie sive alibi constitutis litteras istas intuentibus gratiam suam et omne bonum. Noverimus quod in curia nostra tote factum est sandamentum. Quod quicumque procurator Aquilegensis ecclesie bona ipsius ecclesie pro minori in aliquem locaverit precio quam hucusque habita fuerint sine licentia Domini Patriarche penitus debeant esse annullata. Unde liberam damus fideli nostro Patriarche Aquilegensi potestatem ut a quocumque talia fuerint perpetrata extoto debeat infringere, et in antiquam consuetudinem locare. Datum Maguncie IIII. Kalendas junii. Indictione XIIII.

Da manoscritti di monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXII pagina 298 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividate del Friuli.

Cas.° di Porpetto 29. agosto 1817. — Frangipane

L'indizione di questo diploma è fallata, perchè Enrico VII. di Lucemburgo regnò dal 1308. al 1313; dunque non può dirsi 14. indizione, poichè corrisponderebbe al 1316, ed Enrico 7. morì nel 1313. Perciò l'indizione non può essere che la 10.ma ovvero 11.ma Avendo Enrico incominciato il suo regno nel 1308 cioè all'indizione 6. ed essendo morto nel 1313. cioè all'indizione 11.ma non può il documento riferirsi che al 1312, o 1313. — Nota del Conte

Michele della Torre Canonico di Cividale consultato sull argomento

1313 O. Patr. chiede il sussidio di otto denari per foco à suoi sudditi per recarsi al Concilio generale ed allo Imperatore

(à un protocollo in 4 senza il nome del notajo, perche mancante del principio. Fra li miei manoscritti scritto circa l'anno 1304 così ha scritto il gentilissimo Sig. Carlo Fabrizi nome)

Millesimo CCCXIII. indictione undecima.

Ottobonus Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha universis Abbatibus Prelatis, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, nec non alijs Ecclesiarum Rectoribus suis et Ecclesie Aquilegensis subditis presentes litteras inspecturis salutem et benedictionem in Domino. Cum antequam iter arripuissemus ad Domini nostri summi Pontificis concilium generale, et ad serenissimum dominum H. imperatorem, per quos eramus requisiti solemniter et vocati diffinitum extitit in nostro colloquio generali, quod pro itinere nostro octo denarios Aquilegensis monete a quibuslibet foco, et rota molendinorum habere deberemus ab omnibus nostris, et Aquilegensis Ecclesie subditis juxta consuetudinem antiquissimam, et diutissime observatam et nonnulli juxta deffinitionem hujusmodi solverunt, et aliqui solvere non curarunt. Nos volentes jura nostre et Aquilegensis Ecclesie illesa sicut expedit conservare vobis universis, et singulis in virtute sancte obedientie, et sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus quatenus singulis diebus Dominicis, et festivis usque ad instantem Quadragesimam predicta in uestris Ecclesijs nuncietis monentes omnes et singulos utriusque sexus Parochianos ad solutionem hujusmodi preparent, et vobis nostro nomine recipientibus usque ad primam Dominicam quadragesime de hijs integre satisfacere non omittant. Alioquin auctoritate nostra ex tunc contra personas non solventes ad excommunicationis

tionis sententiam procedatis. Et si, quod absit, Universitas aliqua vel Parochia tota seu etiam major pars ad hoc duceret resistendum loca ipsa et Ecclesias similiter auctoritate nostra subjiciatis Ecclesiastico interdicto, exactiones prefatas tam a vestris et Ecclesiarum vestrarum colonis et massariis quam ab aliis quibuscumque pro feudis et votis ut premittitur nomine nostro exigendo et fideliter conservando, prout per alias nostras litteras vobis injunxerimus nostris nunciis assignando illam in premissis promptitudinem et diligentiam impensuri, quod vos possimus merito commendare. De presentatione autem presentis, quas ad cautelam fecimus registrari relationi latoris earum nuncii nostri jurati dabimus sine probatione alia plenam fidem.

In nomine Domini Amen.

§ Aquilegia	LXXXXVIII florenorum et
§ Padua	LIIII. floren.
§ Vicentia	XXVIII floren et dimidium
§ Tervisium	XXIIII. floren.
§ Feltrum	XIII floren. et dimidium.
§ Cumanensis	XXV floren. et dimidium.
§ Cenetensis	VIIII. floren.
§ Concordia	XII floren. et dimidium.
§ Tridentum	XXI floren.
§ Mantua	XVIII floren
§ Verona	XXXII floren. et dimidium.
§ Tergestum	X floren et dimidium.

74

§ Justinopolis ---------------------- iii floren.
§ Pola ---------------------- iii floren. et dimidium
§ Parentium ---------------------- viii floren.
§ Petena ---------------------- i floren. et dimidium.
§ Emona ---------------------- ii floren

§ Predictorum CCCLX florenorum, qui divisi fuerunt inter episcopos supradictos per venerabilem virum dominum fratrem Johannem vicarium; et procuratorum Paduanum et magistrum Pacem Tridentinum episcopum ad ejusdem divisionem faciendam electos deputatos in concilio generali anno domini M·CCC·XI indictione VIIIa Aquilegie celebrato

corige provinciali

Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 175 esistenti presso il Nobile signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Sorpetto 17. giugno 1817.

Frangipane

1314. 5. Genn.

Ex antiquo exemplo

Ann. [illegible]

I Signori di Duino rinunziano all'Abate di Beligna il jus di avvocaria in Stayndorf.

In nomine Dei aeterni amen Anno ejusdem 1314 Indictio
ne XII. die V Januarii actum in Duyno ante
portam castri praesentibus dño Matheo judex Duy
ne, Wolfango Canitanco Duyne, Conrado de Spol
chen Matheo scriba dnorum de Duyno, Struteo
de Trevic, Hermanno [illegible] filio quondam dni Her
manni de Lipa testibus, et aliis quam pluribus fi
de dignis ad ho. vocatis et rogatis. Cum nobilis et e
gregius miles Dñus Rodulfus de Duyno felicis re
cordationis ac sanae memoriae in lectulo infirmita
tis decumbens et adhuc bona mente perfecta, di
vina favente gratia frueretur, de omnibus his, quae
contra Deum et justitiam fecerat et commiserat
totis temporibus vitae suae, secum bona et pura conscien
tia, et corde contrito ac humiliato cognovit et suum
rite et rationabiliter fecit et condidit testamentum

et hoc esse voluit suam ultimam voluntatem, quam vo-
luit ac praecepit per suos haeredes et successo-
res firmiter observari, dans inter caetera dño Na-
sinquerre Nepoti suo et Hugoni filio suo stricte in man-
dates suas advocatiam, et omnia jura, quae in Theotoni-
co Staigendorf nuncupatur, deberet manumittere et eam Ec-
clesiae Bedignensi libere et absolute resignare et re-
futare, ac renunciare eisdem juribus omnibus ob re-
medium animae ipsius et in remissionem omni-
um peccatorum suorum. Unde, quae dicti
dñi Nasinquerra et Hugone de Duyno de
siderantes et affectantes tamquam filii o-
bedientes, praedicti Rudolfi Patris eorum et
et Domini parere monites et mandates et ip-
sius, prout mandavit, exequi testamentum,
dederunt et resignaverint praedictam advo-
cati

cationem et jura praedicta de comuni volun-
tate in manus Reverendi Patris et Dni dni
Mathie Abbatis Ecclesiae Belloquiensis re-
cipientis pro se ac Ecclesia sua praedic-
ta ad habendum, tenendum, gaudendum, pos-
sidendum dictam advocationem et jura praedicta
in quieta pacifica possessione a die praesen-
ti in antea et in ipsis bonis perpetua gaude-
re libertate deinceps. Et praedictus dnus Abbas
propter huiusmodi liberae donationis gratiam et
libertatem sibi et Ecclesiae suae praedictae ut
praefatos bonos datam et concessam remisit prae-
nominato suo Reductio omnes obligationes, et iniu-
rias, et offensas, quas sibi et Ecclesiae suae ac
Ecclesiae sancti Iohannis de Clavijos fecerit us-
que ad praesentem diem. Promiserunt insuper

antedicti dni de Duyro per se ac eorum succes=
sores fide manualis praestata vice ac nomine sa=
cramentis et sub obligatione omnium bonorum suo=
rum mobilium et firmorum tam praesentium
quam futurorum et cum refectione damni litis
et interesse, et expensarum omnium exinde com=
petitorum aut competitarum in judicio vel extra
de dicta advocatia et juribus praedictis amodo
se non intromittere et Abbatem ac Ecclesiam Bel=
liquiensem in dictis bonis non aggravare, nec fa=
cere aggravari per se vel aliam quamcumque per=
sonam interpositam, immo potius ipsa bona
pro viribus defendere ac tueri; promittentes
nomine quo supra contra singula in hoc instru=
mento contenta non facere vel venire aliqua
ratione dolo, ingenio, sive causa sub poena su=

perius posita et expressa. Quae, vero edita vel non hoc praecepto manumissionis et liberae donationis ex perpetuae libertatis carta nihilominus semper suam obtineat firmitatem.

Ego Chunradus Imperiali auctoritate Notarius praedictis interfui, rogatus scripsi, meoque signo consueto roboravi.

Da Volumi di documenti raccolti dal sua Monsignor Florio di Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquilea, i quali non hanno titolo, nè numerazione di Volume o di pagine, ed esistono nella biblioteca del Sig. Conte Filippo di lui nipote

Frangipane

mmette ai Cividalesi di restituire un cavallo preso ad un Canonico sotto pretesto che ricusava di pagare il dazio del vino.

Ex alio Johannis predicti Notarium Li-
bercultum in 8. scripto anno Domini MCCLXXXVI.

Indictione XIV

X fora Capituli Civitatensis.

nte Februarii in Civitate in ecclesia Beati Jo-
aptiste presentibus Dominis Bernardo Decano et
Canonico Ecclesie Civitatensis. Fulchero de Savor-
— — de Florentia Civitatisis morante et aliis.
Bernardo (sic) Canonicus Ecclesie Civitatensis ex parte
Patris Domini O. (ottobono) Dei gratia Patriarcha Aquil-
presentavit, et dedit Domino Scleso[no] Castaldioni
sis, et Capitulo ibidem congregato quasdam pa-
teras, non viciatas, non cancellatas non abolitas
aliqua ipsorum parte corruptas — — — — — —
nor talis est O. (ottobono) Dei gratia Sancte Sedis Aquile-
iarcha Scleso Castaldioni Consilio et Communi
dilectis fidelibus suis salutem, et omne bonum.
ssi Johannis Bernardi Canonici Civitatensis ad
la pervenit, quod Daciari vestri volentes quod de
essionum suarum quod in Civitate vendiderat, eis datium sol-
hoc facere deneganti quemdam suum equum
auser

1314 31. Gen.° Il Patr. commette ai Cividalesi di restituire un cavallo preso ad un canonico sotto pretesto che ricusava di pagare il dazio del vino.

Ex alio Johannis predicti Notarium Libercullum in 8. scripto anno Domini MCCLXXXVI.

Indictione XIV.

Nota Capituli Civitatensis.

Die VI. intrante Februarii in Civitate in ecclesia Beati Johannis Baptiste, presentibus Dominis Bernardo Decano et Benvenuto Canonico Ecclesie Civitatensis. Fulchero de Savorgnano et -- de Florentia Civitatis. moranre et aliis. Dominus Bernardi (sic) Canonicus ecclesie Civitatensis ex parte Reverendi Patris Domini O. (Ottobono) dei gratia Patriarcha Aquilegiensis presentavit et dedit Domino Selesono Castaldioni Civitatensis, et Capitulo ibidem congregato quasdam patentes litteras, non viciatas, non cancellatas non abolitas neque in aliquas ipsorum parte corruptas ------

quorum tenor talis est O. (Ottobonus) dei gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha Seleso Castaldioni Consilio et communi Civitatis dilectis fidelibus suis salutem et omne bonum. Dilecti filii Johannis Bernardi Canonici Civitatensis ad nos querela pervenit, quod Daciari vestri volentes quod de vino possessionum suarum quod in Civitate (vendiderat) eis datium solveret sibi hoc facere deneganti quemdam suum equum

auser

auferri fecerunt. Cum igitur dictus canonicus de vino sui beneficii seu possessionum suarum datium minime solvere teneatur. Prudentiae vestrae per presentes districte precipimus, quatenus si hujusmodi sui quaerimoniam continet veritatem sibi dictum equum sic acceptum visis presenti-bus restitui libere faciatis. Alioquin super hoc prout expedire viderimus curabimus providere. Datum Aquileje ultimo januarii.

Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII pagina 238; esistenti presso il Nob. Sig.re Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.to di Porpetto 31. marzo 1818.

Frangipane

1314. 6. aprile

Anno domini milles. tercentes. decimo quarto indictione XII. die sabbati sexto intrante mense Aprilis presentibus Lypo de Goritia Magistro Joanne medico, qui fuit de Padua et nunc moratur Gorithe Henrico et Alberto notariis domini Comitis Goritie infrascripti Joanne filio Adalpreti da Cucanea, Pellegrino notario domino Andrea de Rosa Philippo de Piscino, Herardo de Brestanico et aliis. Cum alias Reverendus vir dominus Ziliones Archidiaconus Ecclesie Aquilegensis et nobilis dominus Manfredus de Coreillis speciales nuntii actores sindici et legitimi procuratores Illustris domini Henrici Goritie et Tirolis comitis et Terre Forojulii Capitanei Generalis ex una parte, et discretus vir Joannes de Jordano notarius nuntius et sindicus specialis nobilis et potentis viri domini Francisci Calbulo Tarvisii honorabilis Potestatis nec non Consilii, Comunis Civitatis ejusdem ex altera parte ad compositionem, pacem et concordiam ad invicem pervenissent nominibus supradictis, pacis osculo interveniente inter alia promissa ad invicem in dicta pace per partes predictas solemni stipulatione promiserint iidem dicti domini Zilionus, et Manfredus nominibus supradictis cum expensis et obligatione omnium bonorum dicti domini Comitis, Goritie dicto Joanni recipienti sindicario nomine predicto, ac eciam in animam

dicti domini Comitis ad sancta dei euangelia, corporaliter tactis sacro-
sanctis scripturis juraverint curare et facere cum effectu quod dictus
dominus Comes Goritie jurabit corporaliter attendere et observare
ipsam pacem perpetuo, et omnia et singula contenta in ipsa pace
et contractu ipsius pacis, et ea firma, rata, et grata habere et tene-
re, et inviolabiliter observare et quod dictus dominus Comes
Goritie faciet jurare duodecim de sibi subiectis Theotonicis
et aliis duodecim de sibi subiectis sui Capitaneus Forojulii,
qui et quando per partem communis Tarvisii fuerint nominati
et ab eodem domino Comite per dictum Comune Tarvisii, vel
ejus sindicum requisiti quod dictus dominus Comes dictam pacem obser-
vabit et sic attendet, ut in ipso contractu pacis est expressum
alioquin dicto domino Comiti Goritie, vel parti ipsius ipsi
XXIV. nullum auxilium, et consilium vel favorem publice vel
occulte contra dictum commune Tarvisii, vel partem suam aliqua-
liter exhibebunt, pro ut hoc latius patet instrumentis dicte
pacis uno scriptis manu jacobi clavelo notarii et subscripto
manu Lititfredi notarii de Sacilo et alio, istrumento scripto manu
dicti Lititfredi et subscripto manu jacobi supprascripti. Unde Ego Ga-
briel de villa notarius nuncius domini Francisci de Calbulo Sindi-
cus Tarvisii, et nuntius dicti Communis Tarvisii pro parte dicti
Communis Tarvisii requisivi a dicto domino Henrico Comite Goritie
quod juraret ad sacra dei evangelia servare perpetuo pacem
predictam, et omnia contenta in ipsa pace, et contracta ipsius

pacis

pacis, et quod faciat jurare infrascriptos duodecim de sibi subiectis
theotonicis, videlicet dominos Henricum de Goritia militem ipsius dom
mini Comitis de Goritia Reng de Castronovo, Conradum de Cormono
q.m domini Corradi de Auersperc, l'iv. filium domini Valfini de
Sotenec, Geraldum qui dicitur Rico Magistrum Curie dicti dom
ipi Comitis dominum Volricum de Raissemberg, Vgonem de
Duyno, Pellegrinum de Selcano militem dicti domini Comitis
Goritie, Vickalchum qui dicitur Guaspech de Castronovo Capita-
neum nunc pro ipso domino Comite in Montefalcono Vittrum
Mareschalum Curie ipsius domini Comitis, Gotofredum de Sotenico,
dominum Guicardum de Petra Pellosa, et infrascriptos duodecim
de sibi subiectis sui Capitaneatus Terre Forojulii, videlicet
dominos Odoricum de Chucanea Federicum de Villalta Bernardum
Strasolto Bartholomeum et Gileum de Prata, Manfredum et Ludovicum
de Portis, Joannem de Sulcinico, Gerardum de Castello, Bernardum
de Zuccola, Jacobum Janinum de Fontebono Articum de Prumbergo,
et Albertum de Tolmencho de Sacilo, Quos viginti quatuor ego nuncius
dicti Communis eidem domino Comiti nominavi pro parte dicti Communis
Tervisii, quod dictus dominus Comes dictam pacem observabit
et sic attendet ut in contractu dicte pacis continetur Aliogui

qui

ipsi XXIV. eidem domino Comiti Goritie, vel parti ipsius nullum auxili-
um, consilium vel favorem publice vel occulte aliqualiter exhibe-
bunt contra dictum Comune Tarvisii vel partem suam. Qui dominus
Comes audita requisitione predicta et nominatione predictorum juravit
ad S. Dei Evangelia tactis sacrosanctis scripturis perpetuo dictam
pacem inviolabiliter observare et omnia et singula ipsius pacis
et contractu pacis predicte contenta. Et illico ibidem commisit spe-
cialiter dominis Henrico de Goritia militi suo et Renz de Castronovo
Phlotomices, quod jurare debeant secundum continentiam tractatus
dicte pacis. Qui domini Henricus et Renz in presentia dicti domini
Comitis et testium suprascriptorum corporaliter tactis sacrosa-
nctis scripturis juraverunt ad sacra Dei Evangelia quod dictus domi-
nus Comes perpetuo dictam pacem observabit, et sic attendet prout
in ipsa pace et contractu ipsius est expressum. Aliquin eidem domi-
no Comiti Goritie vel parti ipsius nullum auxilium consilium,
vel favorem publice vel occulte exhibebunt contra Commune Tarvisii,
vel partem sua

Actum Goritie in Platea que est prope Ecclesiam majorem dicti loci

ego Gabriel de Villa sacri Palatii notarius interfui et scripsi.

anno Gen. Vedi sotto, che qui dee stare) lune octavo

Anno domini MCCCXIV. Ind. XII. die sexto intrante mense Aprilis presentibus

magistro

magistro joanne medico infrascripti domini Comitis qui fuit de Padua

et nunc moratur in Goritia domino Rafor de Goritia Antonio Butrati

... de Prampergo Albertino Lugari de Villa notario Marco

scudario ejus germano de Tarvisio, et aliis illustris dominus

Henricus Comes Goritie, et Tirolis, et Terre Forojulii Capitane

us generalis, specialiter commisit domino Giroldo, qui dicitur

Rico Mareschalco cure ipsius domini Comitis teotonicho, et

domino Artico de Prampergo de Forojulio, quod jurare debeant

secundum continentiam pacis inter sindicos Communis Tarvisii et dicti

d. Comitis facte, de qua pace sunt instrumenta scripta consonanter

per Jacobum de Castello notarium et Lilifredum notarium de Sacilo. Qui

dominus Giroldus, et Articus in presentia ipsius domini Comitis,

et de ipsius mandato, ut dictum est et dictum suprascriptorum

tactis corporaliter sacrosanctis scripturis juraverunt ad sancta

dei Evangelia, quod dictus dominus Comes Goritie perpetuo

pacem predictam sic attendet et observabit in omnibus et per

omnia prout in ipsa pace, et contractu ipsius pacis est expres

sum alioquin eidem domino Comiti Goritie vel parti ipsius

nullum consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte

exhibebunt contra Commune Tarvisii vel partem suam.

Actum Gorizie in platea, que est prope ecclesiam majorem dicti loci

. Ego Gabriel de Villa Sacri Palatii notarius interfui et scripsi.

Anno Domini MCCCXIV. Indictione XII. die sexto intrante mense Aprilis presentibus Jacobo de Cormono et domino Philippo de Reino domino Volvello filio domini Volchoni de Goritia, Ploemel de Goritia et aliis. Illustris dominus Henricus Comes Goritie et Tirolis et terre Forojulii capitaneus generalis specialiter commisit domino Corrado de Cormono qm. domini Coradi de Arpens vach, et domino Vint. filio domini Volchini de Gotenes Ceslonnis, quod iurare debeant secundum continentiam pacis inter sindicos Comunis Tarvisii et dicti domini Comitis facte, de qua pace sunt instrumenta scripta consonanter per Jacobum de Marello notarium et Sitifredum notarium de Sacilo. Qui domini Coradus et Vint. in presentia dicti domini Comitis, et dictorum testium tactis sacrosanctis scripturis iuraverunt ad sacra Dei Evangelia, quod dictus dominus Comes Goritie perpetuo dictam pacem observabit et sic attendet prout in ipsa pace et contractu ipsius est expressum. Aliorquin eidem domino Comiti Goritie, vel parti ipsius nullum auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte exhibebunt contra Comune Tarvisii vel partem suam

Actum Goritie in via publica ante portam burgi dicti loci

Ego Gabriel de Villa Sacri Palatii notarius interfui et scripsi

Così giurano gli altri nominati di sopra

Verci — Storia Trivigiana Tom. 7. documento 624

Frangipane

1317. 20. Gen.° Papa Gio 22 eccita a concordia Lombardi Trivigiani, Veneziani, e i Patriarchi d'Aquileja e di Grado

Dilectis filiis Nobilibus viris Universis Marchionibus Comitibus, baronibus ceterisque Nobilibus, potestatibus quoque, Capitaneis aliisque Rectoribus, Communitatibus et Universitatibus ac personis Civitatum, Castrorum, et aliorum locorum per Lombardie, Marchie Trivisane, et Venetiarum ac Aquilejensis, et Gradensis Patriarcharum, nec non Archiepiscopatus Januensis terras ac partes constitutis.

Etsi divine legis testatur autoritas parentum in filios dilectionis propagari dulcedinem, nature tamen id congruit, sensus eflagitant, ac vigor id rationis exposcit, et ipsorum solicitudinis studio comunis parentum pietas affectum expertius manifestat. Quid nanquam nature magis perceptum illabitur? Cui sensuum vires magis assentiunt? Aut quid parentes iidem libentius ut impleant prosequuntur, quam amare quos generant, fovere quos pariunt, discordesque concordare quos conjunxerunt, eosdemque reducere devios quos lactaverunt? Nunquid, juxta propheticum dictum, oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Ubi ex persona Omnipotentis Dei, cujus sapientia conditi sumus, et providentia gubernamur, indilate subjungitur: Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.

Quo fit, ut Nos, quos suum universalem in terris Vicarium dignatione sua, non nostris exigentibus meritis, patremque multarum gentium ipse constituit, ac sacrosanta Romana et universalis ecclesia, et unica sponsa ejus cui presidemus indigni cunctorum Christi fidelium vera quidem non carne mater, sed spiritu, quos fide

docet, sacramentis regenerat, spe refovet charitate vivificat, nec habet enim aliquod viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis; nequaquam nos nostros, et ejusdem Ecclesie spiritualis benevolentie filios neglectui relinquamus, sed indefesse vigilantie cura vias queramus prudentie, quibus procellosis terrarum et partium vestrarum guerrarum turbinibus rerum jacturis. Animarum, corporumque periculis, ac venenosis partialitatum diffidiis profligatis, vobis ac ipsis terris et partibus quietis et salutis et pacis pocula propinemus. Nam tribulationes civitatum vestrarum, et partium audivimus, quas passe sunt, cum non solum hostilium bellorum seva, sed et civilium seditionum tumultuosa, quinimmo plusquam civilia, scilicet fratrum, propinquarum violato necessitudinis jure intestina bella multiplici sunt afflictione progressa; ac in terris predictis domus contra domum, contra civitatem civitas, gens contra gentem, pars surrexerit contra partem: ex quibus fuere ruine, depredationes, depopulationes, incendia aliaque animarum, et damnosa pericula, rerumque nociva dispendia subsecuta.

Verum quia, pater filiis Dei notam faciet veritatem, ut scriptura prologuitur, filioli, quos iterum parturimus, donec formetur Christus in vobis, diligenter advertite, quod predictis actibus immo excessibus indubie Deus offenditur: peccatur in proximum, persepe leduntur innoxii, ac nonnunquam justo Dei judicio in culpam pena redundat, dum tantorum actores criminum ~~atrocumque~~ atrocumque scelerum patratores quietis turbatores, et pacis intereunt occiduntur, et fugiunt coacti

coacti deserunt propria qui caeci cupidine inhiaverant aliena. Nam dissipat Dominus gentes quae bella volunt, qui etsi permissione Dei superaverint proximos, separaverint et exprobraverint et eiecerint tanquam malos, ipsi tamen victores sua iniquitate vincuntur, dum iuxta beati Augustini Doctoris egregii dictum, nemo iniustum habet lucrum sine iusto damno: ubi lucrum, ibi et damnum, lucrum in Arca, damnum in conscientia; tulit vestem, et perdidit fidem. acquirit pecuniam, et perdit iustitiam. Nec minus interdum circumagitata instabilitate rota subsidunt, qui alta conscenderant: optant pater fieri, dumdum minoribus, quos elati depresserant supplicesque super se illos erectos inimicos exorant quia deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes, cum et dives ille guttam aquae petierit, qui micas panis Lazaro negavit.

Nec tantum singulariter singuli, sed quod perniciosius est, universaliter universi gravantur ex talibus; crescit quippe nefas in publicum, et damnum in commune redundat. suis non est terminis contenta nequitia sed universum commaculans, ingreditur aliena. nam dum se invicem partes praeponere nituntur alterutri, ambae deficiunt, et quae humilitate et caritate profecerant, odiis et iactantia corruunt, quia ut parvae res crescunt concordia, et sic magnae discordia dilabuntur. dumque partis hinc inde nomen assumitur, totum enervatur, et deperit, cum hoc totum inibi consistat ex partibus, quae non ipsum earum ad invicem aggregatione vivendo conficiunt, sed potius ipsum eandem disgregatione dividendo confundunt

~~dividendo confundunt.~~ Ergo in illis divisus est Christus, qui fecit utraque unum, qui cum sit justus judex, fortis atque longanimis, reddet retributionem superbis Gladium suum vibravit, arcum tetendit, et paravit illum et in ipso mortis vasa paravit. Manet namque illos, si non resipuerint, ignis gehenne perpetuus, exteriores tenebre, et fletus et stridor dentium, remordens consciantie vermis secunda mors, horrida societas demonum, profundum Lavatrum, anime perennis, et corporis cruciatus. Hortamur, itaque Universitatem vestram in Domino, dilectissimi filii, et monemus, ac per aspersionem pretiosi Sanguinis, quasi agni incontaminati, et immacolati Domini Nostri Jesu Christi, qui pendens in Cruce Patrem pro suis persecutoribus exoravit, obsecramus ~~obsecramus~~ attentius in remissionem peccatorum injungentes, quatenus &c. Solicitat ut stricta in mutuas cedes arma abjiciant ponant inimicitias extinguant odia, coitiones pravitates dissoluant atque arctissimi amoris federe suas vinciant voluntates. (sic)

Data Avin. IV Kalend. Februar. Anno ✱. I.

Verci — Storia della Marca Trivigiana

Tomo 8 pag. 49 Doc. 831

Grangesane

, requesunt
it reparr
ierhi non
ur et
i de
auli de on
nino tull
ni Vene
atum
lingues
decium
an et
oc inter
ui tempo
ni et
ratum
anda cons
! et extra (uti-)
re credit
ysse
d partes
n tracta
a negotia

1318. 27. Gen.º Il Rett. col mezzo del suo Vicario accede alla lega di Trevigiani e Padovani.

Eodem die Curia predicta (degli Anziani et Consoli) congregata ut supra, requirit idem dominus Pod. petens sibi Consilium exhiberi quid faciendum sit super infrascriptis responsionibus et literis, quarum tenor talis est Christi nomine amen. Hec est responsio Illustris domini duci Venetiarum, pro se et comuni Venetiarum ad ambaxatam prudentum virorum Bizolini de Azzombus Andalo de Rexio Bomincontri Magistri Pacis et Morandi de Fregorta Ambaxatorum Comunis et hominum Tar. quam eidem domino duci facunde, et eomide retulerunt. Quoniam ipsi domino duci et Comuni Venetiarum displicerat et displicet quarumlibet novitatum adversus statum pacificum Marchie Tervisine et precipue Civitatis et hominum Tar. quos sibi affectio conjungit caritatis, posset aliqualiter perturbare, nam semper desiderium ipsius domini ducis versatum est hactenus et versat ut prouincia ipsa et civitates constitute in ea prosperis successibus potirentur, et in hoc inter posuerunt solicitudinem, et fauorem, et sic parati forent operari temporibus quibuscunque, et hoc patere evidenter potuit tam Comuni et hominibus Tar. quam omnibus Marchie Tervisine. Nam et ante ortum novitatis solemnes suos ambaxatores per dies plurimos pro tractanda concordia inter Paduanos et dominum Canem sicut noviter transmiserunt, et ultimam tunc non potuisset in aliqua partium notari defectus quia sic credit ipse Dominus Dux ab incepto, et consueto more non desinens statim ipsis novitatibus intellectis misit quatuor suos solemnes ambaxatores ad partes predictas in hoc non parcendo laboribus nec expensis per quorum tractatum et operam in Domino Jesu Christo, qui est vera pax quod dicta negotia per ipsius misericordiam potest concorditer terminari.

Super facto vero Ambaxate misse Comuni Ter. per Comitem Fortie et
Dominum Canem respondit Dominus Dux quod desideranter appetit, quod
omni tempore ad eos ambaxate forma perveniat, que grata sint eis
tamen sit inde sapientes, providere curabunt, sicut pro eius honore et
bono viderint expedire sed sperat dominus Dux quod Deo auctore, finis
gratus sibi et hominibus Ter. emersis novitatibus imponetur, super
quo sollicitudine attenta laborat et laborare intendit omni vice in
honorem et statum pacificum Comunis Ter. et hominum quos amicos
reputat speciales.

Super facto Bartolomei Longo fidelis ipsius domini Ducis respondit
dominus Dux, quod ipse conquestus est sibi quod Comune et homines Ter.
ei in iustitia defecerint, quod si ita esset displiceret graviter ipso domino
Duci, qui hominibus Ter. fieri facit continue expeditum, et integrum iust-
itie complementum; propter quod molestius ferre potest, si in Veneti
per contrarium dispendiose apud eos tractantur et debitum sibi iustitie
non prestat et non est solus, qui conquerantur de eis, sed multi sunt
fideles ipsius domini Ducis, qui de iustitia sibi facta vel de prorogata
iustitia, quam obtinere non possunt graviter conquerantur et ideo, pla-
ceat Comuni et hominibus Ter. pro honore suo et [illegible] iustitie et ipsi-
us domini Ducis, tam in facto dicti Bartholomei Longo quam aliorum
fidelium suorum sic providere et facere cum effectu quod iusta eis non
supersit materia conquerendi cum personis subditis, nisi in quantum iusti-
tia suaderet intercedatur. Data in Ducali Palatio die XVII. Janu. I. ind.

Nobilibus et potentibus viris dominis Rolandino de Foliano de Regio

Rol

Antianis, Consulibus, Consilio, et Comuni Civit. Par.
Eot. amicus intimus Raynaldus della Turre Thesaurarius Aquilegensis ecclesie Reverendi Patris, et Domini domini C. Dei, et Apostolica gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche Vic. Generalis salutem, et prosperos ad vota successus. Litteris vestris gratiose receptis ac diligenti affectione intellectis nobis expositis et ambaxatores vestros Dominos, Nicolaum de Castello jud. et Marcum de Alexio Not. sue Reverentie vestre et care amicitie, presentibus respondemus. quod nostre intentionis est semper vestris honoribus et beneplacitis complacere, ac dare operam efficacem ad omnia, que vestrum statum, ... parum respiciant et honorem. Consideratis igitur processibus amicorum vestrorum et fratrum vestrorum Paduanorum ad omnia ea que sint favoribus et auxiliis eis optata sic prompte, sic patenter et voluntarie velitis intendere, quod, nefati emuli nulla potentia nullisque proditionibus vel causis subgestionibus subvertere valeant vos et eos. Data in Civitate Austria die XIX. Jan. I. ind.

In Christi nomine amen. Hec est responsio comitis Sontie et Vicarii Verone, et Vincentie, ad ambaxatam Comunis Tar. ex. Primo eorum salutatione qua decuit acceptatione recepta respondent dicti domini quod ea que fecit, et facit Comune Tar. in favore Comunis Pad. quamquam facta sint et fiant indigne et indebite contra dictos dominos non multum gravia nec molestia portare disponunt dicti Domini, tamquam dicta Comune Pad. ... uit ambaxatam dictorum Dominorum et factam, per Fratrem Franciscum ordinis minorum et habent, presentem responsionem quibus, ... it, et potest aprehendere manifeste prefatum Comune Tar. offendere et gravare dictos dominos in mittendo gentes dicto Comuni Pad. et eisdem

prestando fauorem, nollent nec posunt dicti domini aliquatenus pertransi re quin notificent dicto Comuni Ter. quod nisi de, verenti revocent gentes illas quas in subsidium et fauorem dicto Comuni Pad. isto tempore destinavit et ab omni fauore dicto Comuni Padue, prestando ~~desiderat~~ desistat non poterunt dicti Domini cum animi tranquillitate portare immo necessitate cogent eorum pers istentam opportunis remediis obviare et nisi gentibus Comunis Ter. per ipsum Comune Ter. revocatis non consentient dicti domini quod, per ipsum Comune Ter. inter ipsos dominos et Comune Pad. de compositione aliquatenus tractetur, quamquam ipsi domini semper pacem et quietem affectaverunt et affectant.

Fu rimessa al Consiglio di XL. e da quello a quello ccc dal quale furono destinati seguenti.

Die veneris XXVII. Januarii. Consilio ccc. &c. in Christi nomine amen. Hae sunt provisiones facte, per certos sequentes electos, per Dominum Pot. et per Curiam Antianorum et Consulum super responsionibus Dominorum Vicarii Domini Patriarche Aquileiensis Ducis et Comunis Venet. Comitis Gorizie et Canis grandis de la Scalla et visis et examinatis et consideratis diligenter ambaxatis quid est responsum et supradictis responsionibus et aliis circumstantiis visis et auditis per ambaxatores qui fuerunt ambaxatas, predictas, providerunt sequentes, predicti, quod, per Comune Ter. mittant duo, providi ambaxatores ad Dominum Ducem et Comune Venetiarum cum tenore responsionis facte, per dominos Comitem Gorizie et Canem grandem de la Scala, qui ambaxatores, premissa decenti salutatione et ostensa responsione predicta, ac etiam inductivis causis et motivis

allegatis

allegatis gratas, efficaces domino Duci et comuni Venetiarum de bona
voluntate et affectione quam habent in factis et bono statu Civit. et Ter.
et de bona et cordiali responsione quam supra fecerant ambaxatoribus
Comunis Ter. et memorando bonas operationes [illegible] factas per ipsum
dominum Ducem cum predicto domino Comite Goritie tanquam cum suo
Cive in utilitate Comunis Ter. rogent instanter ex parte domini Pot. Ancia-
norum et Consulum Consilii et Comunis Ter. ipsum dominum Ducem et Comune
Venetiarum quod eis placeat mittere suos solemnes ambaxatores ad
dominum Comitem Goritie, qui est Civis Venetiarum, et dominum Canem
cum illa ambaxata quam super nunc imminentibus novitatibus suo
honori et utilitati status Comunis Ter. viderint convenire et rogent
quod placeat domino duci et Comuni Venetiarum dimittere pertransire
per suum districtum et aquas suas soldatos equites et pedites, et alios quos
quandocumque Comune Ter. poterit invenire et habere pro defensione
Civit. Ter. seu districtus.

Item providerunt quod omnibus modis quibus fieri poterit et omni
mora postposita exequatur id quod provisum est per Consilium domini
Pot. fieri debere in Castris Comunis Ter. tam de victualibus quam
de laboreriis fiendis et ponendis in ipsis Castris et secundum quod est refor-
matum per Consilium CCC.

Item providerunt quod per hengegnarios et alios Magistros muri et lign-
aminis et alios sufficientes homines Civit. Ter. eligendos per dominum Pot.
et sapientes deputatos ad custodiam Civitatis videant et examinent flum-
ina cirche, bilfrodi et alie fortilitie Civit. Ter. et burgorum et
deliberent que laboreria sint necessaria in fiendis fortilitiis de lignamine

vel muro causa elevandi, et restringendi aquas circa Civitatem et

burgos quam in faciendis spaltis, spinatis et bilfredis, et pontibus

de Irabo quam etiam, in omni alia defensione et securitate Civit.

Tar. et burgorum et quod, per ipsos fuerit deliberatum in scriptis, ac

etiam reformatum per dominum Pot. et ejus curiam, et per Sapientes,

et supragastaldiones deputatos ad Custodiam Civit. in predictis quam

citius fieri poterit exsequatur.

Verci – Storia della Marca Trivigiana
Tomo 8. pag. 92. Docu. 836.

Frangipane

ve.

oanne
v Sabe
Aguel
t nobis
ensis
itis
vocate
sensibus

ccunte
conco
quod
in comi
nom
gense
comine
nem
itis et
s aut
cabus

ntibus

1319. 24. Luglio — Convenzione tra Pagano Elett. d'Aquileja ed Enrico Conte di Gorizia. Il Conte si obbliga a dare in mano al Patr. tutti i luoghi della Chiesa eccetto Sacile, e il Patr. si [obbliga] dare 6000 marche al Conte.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo decimo nono indictione II. die [illegible] exeuntis XXIV Julii in Civitate Austriae in camera Patriarcali, praesentibus venerabili et Religioso viro domino Fr. Joanne Abbate Monasterii S. Stephani de Carrara districtus Paduam Et. Rev. Pater et dominus dominus Paganus Dei et Apostolicae sedis gratia sanctae sedis Aquileiensis electus a parte una suo nomine, et Ecclesiae Aquilegensis et nobilis vir dominus Geraldus dictus Rao magister curie et Albertus notarius de Goricia procuratores Magnifici Viri domini Henrici Illustris Comitis Goriciae et Tirolis ac Aquilegensis Brixinensis et Tridentinae Ecclesiarum Advocati nec non Civitatis et districtus Tarvisii pro Regia Majestate Vicarii generalis ut constat publico instrumento scripto exinde per Jacobum [illegible] notarium de Civitate Austriae sub anno et indictione praedictis die XII exeunte Julio procuratorio nomine pro eodem ex altera, pro bono pacis et concordiae ad hanc compositionem et concordiam devenerunt, videlicet, quod idem dominus electus conservabit et manutenebit dictum dominum Comitem et suos in juribus suis et jura eorum illibata servabit et non contrafaciet. Item quod idem dominus electus pro se et ecclesia Aquilegensi et successoribus suis fecit eisdem procuratoribus recipientibus nomine quo supra finem remissionem quietationem plenam liberationem et pactum de ulterius non petendo de omnibus et singulis perceptis et habitis per ipsum dominum Comitem servitores et officiales suos aut quoscumque alios ejus nomine de redditibus bonis et juribus Patriarchatus Aquilegensis quocumque modo usque in diem praesentem.

Item quod dictus dominus electus eisdem procuratoribus recipientibus

nomine quo supra dare et solvere debeat pro labore expensis ac damnis, que hactenus dictus dominus Comes fecit et sostinuit, in regendo gubernando &c. Terram Forijulii et Patriarchatum Aquilegensem sex millia Marcharum denariorum novorum Aquilegensis monete usque ad sex annos proximos venturos, scilicet mille marchas, pro quolibet anno pro qua solutione facienda, et habenda assignavit et dimisit eisdem procuratoribus, redditus omnes et singulos fructus, proventus, mutas jurisditionem qualibet et garitum de tota Gastaldia Carnee et ipsam Gastaldiam, et totam Carneam ad ipsum Dominum electum spectantem cum Castri, et munitionibus in ea constitutis videlicet Tuscho invilino, et Moscardo et omnes et singulos redditus, fructus, et proventus mutam, garitum et jurisditionem quamliber ad Capitaneatum et Castrum + de circumstantiis et quecumque alia jura ad predictum Castrum + pertinentia usque ad sex annos proxime subsequentes integros et completos, quodque in fine eorundem sex annorum, predicta omnia et singula Castra etc. ad ipsum Dominum electum libere revertantur et sic dicti Procuratores nomine quo supra juraverunt eidem domino electo in fine sexennii restituere dicta Castra etc. ad hoc omnia bona ejusdem domini Comitis obligantes.

Item cum predictus dominus Comes propter conservationem et tutelam sui et negotiorum suorum maxime ad pesas --- necessario indigeat, et ubi expediat habere Terram Sacili in sua potestate, fortia, et baylia, quod idem dominus electus de gratia speciali, habita et recuperata de manibus domini Gualcelloni de Camino dicta Terra Sacili ipsam concedat etc. eidem domino Comiti cum omnibus munitionibus et

fortalitiis

fortilicijs ac redditibus etc. jurisditionibus et juribus quibuscumque ad ipsam Terram Sacili spectantibus usque ad dictum terminum sex annorum et quod in fine ipsius termini predicta terra Sacili cum predictis omnibus ad eam spectantibus ad eundem dominum electum absolute et libere revertantur quodque pro restitutione ipsius Terre cum omnibus suis pertinentiis dictus dominus Comes eidem domino electo prestabit idoneam cautionem cum obligatione omnium bonorum suorum, et juramento suo vallatam et ex nunc prout ex tunc predicti procuratores nomine quo supra corporali, prestito sacramento promiserunt in fine dicti termini restituere ipsi domino electo Terram prefatam ad hec bona ejusdem domini Comitis obligantes ad quorum recuperationem Caniple et Sacili idem dominus electus dabit operam suo posse, quodque ipse dominus Comes hoc simile facere teneatur.

Item quod omnia et singula alia Castra, loca etc. ac jurisditiones Aquilejensis Patriarchatus, que per ipsum dominum Comitem, vel ejus nomine in presenti tenentur ipse dominus Comes idem domino electo vel cui mandaverit infra octo dies proximos venturos exceptis Tulmino, Los, et Tricesimo, que infra quindecim dies proximos dimittere ac dimitti facere teneatur libere et expedite. Promittentes dicte partes ad invicem inter se stipulatione solempni predicta omnia et singula firma et rata habere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa.

Nos Gazanus miseratione divina electus Aquilegensis supradicta omnia, et singula acceptamus et approbamus et eisdem omnibus

et singulis consentimus manu propria subscribentes.

Ego Franciscus quond. domini Montanari de Villanova de Laude S. Salatri; notarius predictis interfui et de voluntate partium rogatus hec scripsi.

Verci — Storia della Marca Trivigiana

Tomo 8. pag. 181. Doc. 932.

Frangipane

In Christi nomine Amen. Sub anno Domini MCCCXXI. Indictione quarta Die VIII. exeunte Auguste incepta fuit Fradalia proborum virorum laboratorum terre de Grazano ad honorem dei et gloriosissime Virginis Marie Matris ejus et beatorum martirum Georgii, et Christofori, et ad honorem Sancte Ecclesie Aquilegiensis, et bonum statum terre Utini. Infrascripta Ordinamenta sunt constituta, et ordinata per Fratres dicte Fraternitatis ut infra per ordinem describuntur.

Primo quidem ordinaverunt, et statuerunt, quod prima die Dominica cujuslibet mensium omnes Fratres dicte Fraternitatis debeant convenire in Ecclesia Sancti Georgii de Grezano et facere celebrare unam missam, et quod unusquisque teneatur offerre, et oblationem facere in dicta missa juxta posse suum, et si aliquis interesse non posset quod teneatur, et debeat mittere oblationem suam per uxorem, vel per aliam ydoneum, et bonum nuncium. Et qui contrafecerit solvat unum grossum nisi ostendat justam causam

Item statuerunt, et ordinaverunt quod IIII.or cerei magni accendantur in dicta missa, similiter quod in dicta missa detur unicuique fratrum unum cereum parvum.

Item ordinaverunt et statuerunt, quod si aliquis Fratrum de predicta Fradalia moriatur quod omnes Fratres debeant convenire ad domum dicti defuncti, et associare dictum defunctum quousque ad Ecclesiam, et stare ibi cum ipso quousque depositum in terra. et quod unusquisque teneatur et debeat et dicere pro anima sua I. Paternoster, et I. Ave maria. et qui contrafecerit solvat unum grossum venetum. Item pro uxore Fratris facere teneatur, et debeant

per

per totum ut supra pro Fratre proprio

Item statuerunt quod quandocumque aliquis Fratrum moriatur, quod appor-
tentur ad domum defuncti omnes IIII^or cerei magni, et ibi accendan-
tur et portentur ante corpus defuncti quousque ad Ecclesiam po-
nendo dictos cereos circa corpora et permittendo eos quousque de-
positus fuerit in terra.

Item ordinaverunt quod in obsequio cujuslibet Fratris defuncti unicuique
detur unus cereus parvus in manu; et in obsequio uxoris cujusli-
bet Fratris ut supra per totum perficiatur.

Item statuerunt quod si aliquis de familia dictorum Fratrum mo-
riatur simili modo portentur duo cerei, et unusquisque di-
cere teneatur pro anima sua XXV Pater noster XXV
Ave Maria

Item ordinaverunt, et statuerunt, quod si aliquis Fratrum dicte
Fraternitatis pervenirit ad tantam paupertatem quod non
possit se substinere cum suo, quod Fradalia teneatur, et de-
beat sibi subvenire cum bonis dicte Fradalie, scilicet arbi-
trari de consilio totius Fradalie aut de consilio rectorum
dicte Fradalie

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliquis de Fraternitate
moriatur extra Utinum videlicet intra ipsa Ysoncium, et Tulmen-
tum, et intra Glemonam et Aquilegiam, et ipse non haberet
unde possit conduci in Utino cum suo, quod dicta Fraterni-
tas teneatur et debeat ipsum conducere in Utinum omnibus suis
expensis

Item ordinaverunt quod quilibet Frater teneatur, et debeat vi-
gillare

gitare Fratrem infirmum secundum quod sibi ordinabitur per camerarios, et Rectores et qui contrafecerit solvat unum grossum.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod omnes volentes intrare dictam Fraternitatem, recipiantur dummodo sint bone fame de voluntate camerariorum cum consilio Rectorum.

Item ordinaverunt quod si aliquis de dicta Fraternitate haberet rixam atque discordiam inter se, quod camerarii cum Rectoribus debeant dare opus ad concordandum eos eorum posse. Et si illi, qui fecerint rixam seu habuerint discordiam, vel aliquis eorum spreverint mandatum camerariorum, et rectorum illa vel illi noluerint obedire immediate eiciantur, et deponantur a Fraternitate.

Item statuerunt quod si aliqua mulier de dicta Fraternitate faceret aliquam malitiam de persona sua et post hoc per monitus a rectoribus Fraternitatis quod casset a dicta malitia, et ipsa spreverit eorum precepta vel velle obedire immediate deponatur a Fraternitate.

Item ordinaverunt quod si contingeret aliquem de dicta Fraternitate publice stare seu permanere in adulterio, quod rectores cum camerariis teneantur et debeant ipsum monere ter, et si ter monitus non cessabit a peccato statim deponatur a Fraternitate.

Item statuerunt, et ordinaverunt, quod quandocumque dicta Fraternitatis

ternì

ternitas fecerit celebrare tam missam conventualem dicte fraternitatis quam etiam quod quilibet de fraternitate teneatur et debeat dicere decem Pater noster, et decem Ave marie

Summa Indulgentiarum sunt Quadragene XIII. que invente sunt pro fratribus et fraternitatis.

Da un Libro scritto in carta Pergamena coperto di Tavole della Fraterna di San Gervaso

Da manoscritti intitolati = monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = esistenti presso il Sig.r Carlo Fabrizio = Tomo I. pag. 124. Carolus Fabricius collecxit, et descripsit.

Castello di Porpetto 11. Febraro 1819.

Francesco Pane

1324. 27. aprile. Beatrice di Gorizia chiede al Vicario Patr. l'investitura dei feudi che possedeva il conte Enrico di Gorizia. 8.

Da un protocollo in foglio di meliorianza notaro il quale si conserva nell'Archivio vecchio del Collegio de spettabili signori Notari

Anno Nativitatis Domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto indictione septima.

Die XXVII, Aprilis in castro Utini super Patriarchali palatio presentibus dominis Odorico de Cucanea, Hectore de Savorgnano militibus, Johanne de Villalta, Asquino de Colloreto, Andrea de Mels, Federico de Murutio, et aliis pluribus. Discretus vir dominus Ulbertus de ------ notario curie excellentissime domine domine Beatricis comitisse Goritie et Tyrolis Matris tutricis et heredis magnifici q. domini Johannis Henrici comitis Goritie et Tyrolis procurator et procuratorio nomine ipsius domine comitisse ad hoc specialiter constitutus sicut de ipsa procuratione constat publico instrumento scripto manu Zamboni notarii de Civitate Belluni nunc Goritie habitantis sub anno Nativitatis Domini M. CCCXXIV indictione VII die XIIII. intrante Aprilis a me notario infrascripto viso et lecto, procuratorio nomine antedicto infra annum et diem obitus b. m. domini Henrici comitis Goritie et Tyrolis petivit ab eodem domino investitura feudorum que predictus dominus Johannes Henricus a predicto domino Patriarcha et ab ecclesia Aquilegensi habet et tenet offerens se fidelitatis prestare + nomine antedicto. Qui dominus Vicarius respondit procuratori predicto quod dictam investituram non faceret sine consensu et speciali mandato domini Patriarche et bene confitebatur et contentus erat quod dictus procurator investituram predictorum

+ supple juramentum

feudo

feudorum infra tempus debitum fecerat.

Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 205 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Adì di Corsetti 18. giugno 1817.

D. [illegible] Frangipane

1325. 4. agosto Beatrice di Gorizia e il Com. di Trevisio privano dell'ufficio un loro ufficiale a richiesta del Doge e Comunità di Venezia.

In Nomine nostri Jesu Christi amen. Hec est forma Ambaxate fiende inclito Dom. Duci, consiliariis, et Com. Venet. ex parte Excelme Domine Beatricis Goritie et Tirolis comitisse, et Comunis Ter. super requisitione facta per literas ipsius Dom. Ducis et Com. Venetiarum de expellendo Dom. Jacobum de Chavendoliis de omnibus officiis ipsius Dom. Comitisse et Com. Ter. et de ipsa Civitate, et districtu Ter.

In primis premissa reverenti salutatione et recommendatione honore dicatur et exponatur qualiter ipsa Domina Comitissa intellectis litteris predictis ipsius Dom. Ducis et contentis in eis et habito super eis suo consilio, et cum suo Pot. et hominibus Ter. eed contenta in ipsis litteris nec de jure nec ex forma pactorum hinc inde communium teneantur tamen intendentes ipsa Dom. et dictus Pot. et Comune et homines Ter. ut avidi semper ipsi Dom. Duci et Com. et hominibus Venetiarum in omnibus que fieri possunt in possibilia complacere attendentes ulterius supradictis ipsius Dom. Duci, et Consilio et precibus ipsius Dom. Pot. et Com. et hominum Ter. in hac parte eundem Domina Comitissa ipsum Dom. Jacobum de Chavendoliis expulsit,

cassavit;

capavit et totaliter et perpetuo amovit ab om-
nibus et singulis officiis suis, sive que habuit
ab ipsa vel Com. Tr. sive quacumque alicujus res-
titutionis de eis facienda, propter que suppli-
cant instanter ipsi inclito Dom. Duci, Consilia-
riis et Comuni Venetiarum, quod Palate debeant
aperiri, ad hoc ut perpetuus amor et benevolen-
tia hinc inde receptus perseveret augeatur
et crescat, quod eadem Comitissa Dom. Vor. et
Com. et homines Tr. summe desiderent et affe-
ctant.

Item in predictis et circa predicta dicatur
et exponatur, que videbuntur expedire

Verci Tom. 9. pag. 72. Doc. 988.

iele di

Palatii:
e sedis gra:
nsilio suo,
nnes fr:
iri domi:
nanfre:
hannes,
Protres,
clesia no:
um Ma:
m, et man:
et nunci:
vendum
vescolcum
h Hugo:
òngravi:
l Illu:
ncois Ka:
to factas,
et

siele di

i Palatii:
ae Sedis gra=
onsilio suo,
annes ffi=
isiri doni=
Manfre=
ihannes,
1 Protre,
clesia no=
rum Ma=
in, et man=
et nunci=
vendum
vescolum
h Hugo=
ongravi=
t jlla=
Duci Ka=
to factas,
et

~~1326~~. 20. giugno Odorico di Udine è di Pagano Patt. creato Nunzio per l'esecuzione del trattato conchiuso tra il Patt. e il Re di Boemia. 84

1327

9

Da un protocollo in foglio Not. Gabriele di Cremona che si conserva appresso di me

M.CCC.XXVI. Indictione decima.

Die XX. mensis Junii Utini in sala inferiori Patriarchali Palatii. Reverendus Pater dominus Paganus dei, et Apostolica Sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarcha in pleno consilio suo, in quo interfuerunt Ven. viri dominus frater Johannes Abbas Monasterii Rosacensis vicarius suus, ac Nobiles viri domini Odoricus de Cucanea, Hector de Utino milites, Manfredus de Porcilliis, Phebus de Laturre Federicus Johannes, et Hendricuccius de Villalta Bernardus, et Osalcus fratres de Strasoldo et aliis plures suo, et Aquilegiensi Ecclesia nomine fecit, constituit, et ordinavit discretum virum Magistrum Odoricum Not. de Utino ibidem presentem, et mandatum hujusmodi suscipientem procuratorem suum, et nuncium specialem ad petendum et cum instantia requirendum Nobiles viros dominos Conradum de Avestain Marescalcum Karinthie, Henricum dictum Graylandum di Leumburgh Hugonem de Dugno, Colum de Flasburch, Henricum Comgravium Goricie et Raulum de Herberstagn procuratores illustris domini Henrici Regis Boemie et Polonie, et ducis Karintie, aut illos quos ex predictis invenerint, ut pacta factae,

et

et dubia inter prefatum dominum Patriarcham ex una parte, et dictum dominum Regem Ducem Karintie et tutorem Comitis junioris Goricie seu Procuratores predictos ejus nomine aut majorem partem eorum observent, et observari faciant juxta potestatem eis traditam per patentes litteras ipsius Domini Regis, Ducis Karintie suo sigillo pendenti munitas. Hac non ad requirendum et petendum Illustrem Dominam Beatricem Comitissam Goricie et juxta sacramentum suum per Albertum Not. procuratorem suum, et ejus nomine prestitum restituere, et restitui faciat Castrum Prosperci dicto domino Patriarche et Ecclesie Aquilegiensi; ac Nobiles viros dominos Henricum Gralandum, Hugonem de Duyno, Raulum de Heberstayn, Jacobum de Cormono, et heredes q.m domini Federici de Heberstayn ac dominum Nicholaum Cauli tunc custodem et Capitaneum Castri predicti, ut juxta sacramentum fidem, et promissionem eorum restitutioni Castri predicti intendant, sicut in publico instrumento continetur per me not. infrascriptum confecto. Ac etiam ad faciendum denunciationes, et protestationes quascumque in predictis et circa predicta neccessarias, et opportunas. Promisit ipse Dominus Patriarcha &c.

Da manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo I. pag. 117. Carolus Fabricius Collocavit et descripsit.

Castello di Porpetto 9. Febraro 1819.

Frangipane

1326. 8. xcie Intimazione del Patr. Pag. agli abitanti di Meduna di non lasciare far lavori o passaggi sulla Livenza a Corrado di Auvenstayn, e Ugo di Duyno

Ex Protocollo in Folio
Scripto manu Ser. Gabrielis de Cremona
Anno Domini M. CCC XXIV. et &c.
Apud D. Carolum Fabrizi.
Nobilis Utinensis
Sicut antecedentes et &c.

Pag. 28. t.° Die Lune VIII Mensis decembris Utini in Castro et Palatio presentibus Nobilibus W. Dominis Federico de Sevorgnano, Cartevario de la Turre, fratre Bernardo, Guezzellino de Francino de Branbate, Bertramo de Olzate et aliis pluribus. Coram Domino Morando de Porcilis Vicario et &c retulit -- --- Vermilio de Medura Castaldione ibidem personaliter invento ----- litteras infrascripti tenoris ex parte Domini Patriarche -- munitas suo majori sigillo cerea Rubea impressa -- -- -- -- -- -- -- -- et requisivit dictum Vermileum quod dictas litteras legi et publicari faceret in consilio et ceteris hominibus dicte Terre de Meduna.

Paganus dei et Apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha, dilectis fidelibus nostris Comuni et hominibus Terre nostre de Meduna, gratiam nostram et omnem bonum. Intelleximus quod Conradus de Auvenstayn et Hugo de Duyno fecerunt fieri hiis diebus tres Batifredos quos circumdederunt fossis super Rippa fluminis Liquentie prope Medunam intendentes illo tenere portum pro transitu equitum et peditum per Terram aut districtu Medune in nostrum et Ecclesie nostre Aquilegensis prejudicium non modicum et gravamen. Quocirca vobis universis et singulis sub pena privationis habitationum vestrarum et alia quam vobis inferre poterimus et valuerimus districte precipiendo mandamus quatenus nullum dantes ad predicta consilium, auxilium vel favorem,

non

non permittatis aliquem transire per terram Medune vel districtum euntem ad dictum Portum, vel transeuntem per eum, nec ~~tamen~~ etiam miseritis talibus victualia vel alia necessaria. Alioquin contrarium facientes penas predictas, et indignationem nostram merito poterunt formidare. Datum Placentie die XXVI. Octubris nona indictione = quibus litteris per dictum Vertilium respondit

=|. Dicto nuncio quod nullam sibi poterat dare responsionem, nec aliquid respondere super hiis que continebantur in eis ante adventum Domini Bernardi de Strasoldo, et quod in eius adventu, iuxta eius consilium facerent quod deberent

ab altera manu que sequntur

1494 die 25 octubris ~~super~~
suprascriptam relationem publicavi et
tradidi ... fratri ser Pasqualis in Soldeo
habitantis Medune

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 536 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Corpetto 18. agosto 1817 C. Frangipane

a, che

/ Va:
quei:
v. v.
suff,
ino
hani,
de
si,
nota:
scri:
dum
n
iam:
gh
no,
et
ucta
ina
n
mine,
uxta:
n
egli

a, che

ti=
Pa:
que:
v. v.
suf,
ino
hant,
de
il,
nota:
ses:
dum
n
lan
gl
no:
et
nota
ena
n
mine, h
uxta
ri
egli

1327 20 giugno. Pagano crea Odorico di Udine Procuratore per esigere dal Re di Boemia Tutore del giovine conte di Gorizia l'esecuzione dei trattati

imperfetto

Da un protocollo in foglio notajo Gabriele di Cremona, che si conserva appresso di me (ab. to Fabrizi)

M.° CCC.XXVII. indictione X

Die XX mensis junii in sala inferiori Patriarchalis Palatii Reverendus Pater Dominus Paganus dei et Apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha in pleno consilio suo, in quo interfuerunt V. V. Dominus Frater Johannes Abbas Monasterii Rosacensis vicarius suus, ac nobilibus W. W. Dominus Odoricus de Cucanea, Rector de Utino millites, Manfredus de Pocrilliis Ghedus dellaturre Federicus, Johannes et Hendriguttus de Villalta, Bernardus et Asolcus Fratres de Stasoldo et alii plures suo et Aquilegensis ecclesie nomine fecit, constituit et ordinavit discretum virum magistrum Odoricum notarium de Utino, ibidem presentem et mandatum hujusmodi suscipientem procuratorem suum et nuncium specialem ad petendum et cum instantia requirendum Nobiles W. Dominos Conradum a Guenstain mareschalchum Karinthie, Henricum dictum Grajlandum de Leumburgh, Hugonem de Duyno, Collium de Flabergh, Henricum Porgravium Goricie, et Paulum de Herbensiayn procuratores Illustris domini Henrici Regis Boemie et Polonie, et Ducis Karinthie, aut illos quos ex predictis invenerit ut pacta facta et habita inter prefatum Dominum Patriarcham ex una parte, et dictum Dominum Regem Ducem Karinthie et tutorem Comitis junioris Goritie, seu procuratores predictos ejus nomine, aut majorem partem eorum observent, et observari faciant juxta potestatem eis traditam per patentes litteras ipsius domini

Regis

Regis, Ducis Karinthie suo sigillo pendenti munitas. Nec non ad requirendam et petendam Illustrem Dominam Beatricem comitissam Goritie, ut juxta sacramentum suum per Gilbertum notarium procuratorem suum et ejus nomine prestitum restituat, et restitui faciat castrum Avisperg dicto Domino Patriarche et Ecclesie Aquilegensi, ac Nobiles W. Dominos Henricum Gralandum, Hugonem de Duyno, Raulum de Erbestain, Jacobum de Cormone, et Heredes quondam Domini Federici de Erbestayn, ac Dominum Nicolaum Canli tunc Custodem et Capitaneum Castri predicti ut juxta sacramentum

- &c. etiam ad faciendum denunciationes et protestationes - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - Promittens ipse Dominus Patriarcha &c.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 200 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Cur. di Borgsetto 18. giugno 1817.

Frangipane

1327. 25 luglio Pagano Patr. col parere della sua Curia crea un giudice per giudicare Mainardo Conte di Ortemburg detentore del Castello di Los
imperfetto

Da un protocollo in 4° mancante nel principio, et alquanto corroso di Antonio Rosaro di Cividale
Appresso l'Ill. Sig.r Paolo Fistulario.

M°CCCXXVII Indictione X.

Die VII. exeunte julio in C. A. in Palatio Patriarchali presentibus W. V. dominis fratre Johanne Abbate monasterij Rosacensis vicario infrascripti domini Patriarche Guillelmo Decano Aquilegensi, Guidone decano, Nicolao de Portis et Pramontano Canonicis Civitatensibus Paolo quondam domini Boyani, Hugone quondam domini Quoncij, Guillelmo quondam Magistri Walteri, Johanne quondam Corraducij, Laurentio filio Henrici, Stephano quondam domini Egidij, Philippo quondam domini Lodovici Longi de Civitate et alij. Reverendus in Christo Pater dominus Paganus sancte sedis Aquilegensis Patriarcha petiuit a dictis vassallis suis per laudum Curie sententialiter definiri si potest ponere locum sui unum judicem, cum intentioni suam et Aquilegensis Ecclesie dicere et proponere rationem contra quemdam vassallum suum qui fecerat contra eum. Super quibus sententiatum: quod sic poterat. Qui dominus Patriarcha posuit loco sui dominum Rectorem de Savorgnano: coram quo cum suo prolocutore proposuit dicens: Quod illustris vir dominus Maynardus Comes de Ortumburch detinebat Castrum de Los cum suis pertinentiis quod ad eum et Aquilegensem Ecclesiam pertinet, occupatum, et ideo dicebat

quod

quod ipse Dominus Comes exciverat de Feudis --- quare
petiit sententialiter definiri ------------ a circumstanti-
bus --- quid jurius esset fuit per laudum Curie sententialiter
diffinitum quod dictus judex dare debeat, et dedit Franciscum
quondam Chinde de Orzono, qui precipiat dicto Domino Comiti
ut dimittat dictum Castrum de Los -------------
------------- comparere coram ~~Domino~~ dicto Domino
Hectore judice -----------------
------ responsurus eidem Domino Patriarche de iis que
sibi dicere habet. Qui Franciscus eo die adiens ad dictum
Dominum Comitem in Civitate ante Dominum Valentino ~~prefato~~
---------- Amadeo quondam Lupotoi, et ---- prece-
pit prefato Domino Comiti et ordinavit eidem terminum --
---- Et insuper V. V. Dominus Frater Johannes Ablas mo-
nasterij Rosacensis Vicarius prefati Domini Patriarche ---
--- ex parte dicti Patriarche ---- affidabat veniendo
stando ~~redeundo~~ redeundo in dicto termino.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina 202 esistenti presso il Nobile Sig.re Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cast.o di Porcello 18. giugno 1817

Frangipane

no
ri: ti=
dvo:
Pe:
ta
n
i
n=
lu- ie,
fes n=
is os=
os et i:
l=
lan= '
nris '
la-
nun.
nale
reat
Tions,
nes.
con=
biem
de /

ino
ui: ti=
dro:
ele:
ita
ia
lu: le,
ties in=
lis os,
os et i:
lan= l=:
uris.
aun, la=
nale
sent i1
tionis,
ues.
r con=
frem =,
de./

1329. 22. marzo Il Patr. risponde alle querele di Enrico Re di Boemia che dolevasi di un suo suddito spogliato, e del reo rifugiatosi in Spilimbergo

Illustri D. D. Henrico Dei gratia Bohemie et Polonie Regi, Karinthie Duci, Tirolis et Goritie Comiti, Aquilegensis, Tridentine, et Brixinensis Ecclesiarum Advocato Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha salutem et felices ad vota successus. Miramur, quomodo Excellentia Regia c̄tratas Ecclesie Aquilegensis, a qua tam nobilia feuda tenet, contra ius ipsius Ecclesie, quod ab omnibus defendere teneretur assecurasse se dicit, cum talis assecuratio ad nullum alium pertineat, nisi ad nos et Ecclesiam supradictam. Quod autem ille Johannes Civis Breme spoliatus fuerit in ea, quamvis non sine culpa sua, doluimus et dolemus: sed nunquam tanta pax extitit, quod non essent aliqui male agentes, quos Dominia semper habere non possent ... oculis. Ad vindictam quoque dicte spoliationis, ea audita, statim brachium nostrum extendimus. Et quia spoliatores cum spolio se in Spimbergo contulerant, contra Spimbergarum exercitum nostrum paravimus. sed gens Comitatus, et vestra, veniens de ./.

Tarvisio, cui gratiose ob vestri reverentiam liberum transitum dederamus per Sclusam, intravit cum rebellibus contra nos, ad defensionem rebellium, et spoliatorum hujusmodi. Propter quod oportuit, nos cum ipsis rebellibus paificari, sive concordari; non consequendo de spoliatoribus, et spoliis factis intentum. Videat igitur, et libret praedicta omnia eadem Magnificentia equa lance. et si juste movetur ad ea committenda illi de Cufenstayn, que in suis comminata est litteris, consideret diligenter. Et si ad sui culmen honoris accedunt, faciat prout bonum in oculis suis videbitur, et anime sue saluti crediderit expedire. Datum Utini die XXII. Martii Indictione XII.

Rubeis – Monumenta Ecclesiae Aquilejensis – Col. 858.

(Frangipane)

1329. 7 giugno — Parlamento sotto Pagano Patr. in cui si statuisce sulla sicurezza delle strade, e sulle pene da infliggersi ai ladroni

In Christi Nomine Amen. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Trecentesimo vigesimo nono, Indictione duodecima, die mercurii septimo mensis Junii. Convocato, et congregato more solito utini in Castro Patriarchali Colloquio generali per Reverendum in Christo Patrem, et dominum dominum Paganinum Dei gratia sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcham per totum huiusmodi Colloquium nemine discrepante, et per Consiliarios electos nemine discrepante habentes auctoritatem et Bayliam a toto Colloquio super hoc, qui Consiliarii fuerunt. dominus Guillelmus Decanus Aquilegiensis, Morandus de Porciliis, Bernardus de Strasoldo, Odoricus de Villalta, Articus de Suampergo, Federicus de Pers, Asquinus de Colloreto, Federicus de Marucio, Ossolgus de Strasoldo, Purissa de Varmo, et ultra dictos Consiliarios dominus Hector de Utino loco domini Federici Fratris sui absentis, dominus Sergius de Castro Polle, Odoricus, et Franciscus Notarii de Utino, Guillelmus Magistri Valteri de Civitate loco domini Philippi de Portis absentis, Moscus notarius de Aquilegia pro dicto Communi, et Franciscus Sibilitti notarius de Glemona pro dicta Communi loco Hermanni absentis firmatum extitit, et statutum super facto stratarum, quod strate secure sint, et libere omnibus tam merchatoribus, quam aliis quibuscumque personis cuiuscumque conditionis existant. Quicumque vero ipsas stratas violare, rumpere, vel turbare spolio, vel derobationes committere super ipsis

pre-

presumpserit quacumque modo sive Nobiles sive Populares existant si haberi, vel capi poterit pena capitali puniatur: si vero haberi vel capi non poterit, sub eadem pena perpetuo sit bannitus per universas terras et a quocumque dominio Ecclesie Aquilegensis, ita quod nec in Terris nec in Castris domini Patriarche et totius Forijulii stare possit. De bonis vero malefactoris predicti si qua habebit vel haberi poterunt satisfiat spoliata usque ad summam ejus quod acceptum fuerit sibi, et stare sacramento suo. Acceptantes vero malefactores et derobatores predictos aut cum re taliter derobata vel sine, et admittentes eosdem in Castris, fortaliciis sive domibus suis si scienter fecerint et ipsos vel ipsum cum spolio et derobatione hujusmodi infra tres dies non presentaverint et assignaverint domino Patriarche, aut officialibus dominium Gastaldie gerentibus simili pena subjaceant, et contra ipsos sic per Dominium viriliter procedatur ac si per ipsum scelus hujusmodi fuisset commissum.

Et ego Thomasinus q.m Magistri Nicolai Serratoris de Utino imperiali auctoritate Notarius ex auctoritate et commissione michi facta per Reverendum in Christo Patrem et Dominum dominum Antonium Dei et Apostolice Sedis gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham prout inveni in abbreviationibus domini Gabrielis q.m de

Cravo

Cremona Utini comorantis nil addens, vel minuens quod sensum mutet vel intellectum presens Instrumentum scripsi in formam publicam fideliter reducendo

---

(Ex Autographo in Tabelario Civitatis Utini.

Da manuscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = esistenti presso il Sig.r Carlo Fabricio = Tomo I. pag. 134. Carolus Fabricius collocavit, et descripsit.

Castello di Porpetto 23 Febraro 1819.

Frangipane

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1330. 13. marzo Sentenza di Pag. Patr. a favore dell'Ab. di Oberburg contro i signori di Budrio invasori dei beni dell'Abbazia 90.

anno Domini a nativitate ejusdem Millesimo Tricentessimo Trigessimo Indictione tertiadecima die tertiadecima Intrante Martio. Actum in Castro patriarchi Utini. Presentibus venerabili Viro Domino Petro nova Vicario Infrascripti domini patriarche, domino Thomasuto de protestagn, Odorlico notario de Utino, Federico burella, et Nicolussio notario quondam magistri Conradi Boeto notario de Utino, domino Francisco Custode de Utino, et Henrico notario, ... de Utino, testibus et aliis. Coram Reverendo in christo patre et domino domino Pagano dei et apostolica gratia sancte sedis Aquilegensis Pathriarca in judicio..... sedente Comparuit venerabilis Vir dominus Lupoldus una cum presbitero Henrico..... Abbas monasterii Oberburgensis ordinis sancti benedicti non revocando procuratores .... dicti monasterii sed pocius confirmando proponentes ~~qui~~ et dicens una cum federico notario quondam S. Galvagi de Utino procuratore et Syndico dicti monasterii quod cum nuncio ipsius domini pathriarche fecerat precipere dominis nicolao, Rapoto ~~quondam~~ et Odorlico ~~Oberburgensis~~ de Budrio fratribus Ut ipsi deberent Hodie inter nonam et Vesperas esse in Utino coram ipso domino Pathriarca respondere ipsi Domino Abbati de violencia per ipsos eis facta super bonis dicti monasterii sitis in villa de Budrio et circa quod volebant habere advocatiam et cum ante horam et

in hora termini dictus dominus Abbas se presentavit, et suam querellam interposuit et hora termini ad ves- pere diucius expectate ipsis dominis Nicolao Rapotto et Odorlico non comparentibus (vocati) sententialiter semel, secundo et tertio per preconem, infrascriptum. Ita morus est adhuc non comparentibus petivit prefatus dominus Abbas cum procuratoribus quod ipsos dominos Nicolaum Rapo- tum et Odorlicum tamquam Occupatores bonorum Ecclesiasticorum per constitutionem provincialem spi- ritualiter procedi hostendens ibi quoddam Privilegium in quo continebatur quod quondam dominus Pelegrinus Patriarca dedit isti monasterio decem masserias in Budrach ibidem textum continens sententias Ana- thematis et Ananie et Saphire quarum petebat executione mandandum et procedi temporaliter contra ipsos non comparentes..... Super quibus que- rente dicto domino patriarca a circumstantibus quid juris esset sententiatum fuit, quod si prefa- tus dominus Abbas cum procuratore poterat pro- bare terminum hodiernum Ut probavit ibidem sententialiter per Mathiam preconem Communis Utini quod prefatus dominus Patriarca debeat dare; et sic dedit, dictum Mathiam preconem in nuntio et pro nuntio ipsi domino Abbati et pro- curatori ad accipiendum de bonis predictorum de Badrio Aleretum cum dampnis et expensis de:

libus, de quibus Iuvabit, salua taxa de expensis, et precipiendo ipsis de Budrio quod de Cetero non debeant gravare bona dicti monasterii et habere aliquam aduocatiam super illis. . . .

Ego Marcus de Ciuitate auctoria apostolica et Imperiali auctoritate notarius pubblicus, Ex commissione et autoritate mihi facta; p Reverendissimum in christo patrem et dominum, dominum Nicolaum dei gratia sancte sedis Aquilegensis Dignissimum Patriarcam prout Inveni in notis quondam stephani notarii communis civitatis mei patris fideliter scripsi, et publicaui

Trascritta dalla Canella di Pergamene
del pupillo Sig. Enrico qm. Giuseppe
Conte di Zucco Tomo primo N.o 33.

Castello di Porpetto 16. gennajo 1816. C. Frangipane

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE